

DE

DEMORUM ATTICAE PER TRIBUS DISTRIBUTIONE.

PARTICULA I,

DEMOS TRIBUS ERECHTHEIDIS TENENS.

SCRIBEBAT

N. S.A.A.E.,

PHIL. DR., GYMN. COLON. CATH. SUP. ORD. COLLEGA.



DEMONSTRATIONES PER TRIBUS DISTRIBUTIONE

DEMONSTRATIONES PER TRIBUS DISTRIBUTIONE

DEMONSTRATIONES

DEMONSTRATIONES

DEMONSTRATIONES PER TRIBUS DISTRIBUTIONE

DEMONSTRATIONES PER TRIBUS DISTRIBUTIONE

Quum ad indicenda Gymnasii nostri examina publica de demorum Atticae per tribus distributione scribere constituissem, quae quidem quaestio iam diu Virorum Doctorum studiis valde agitata est, id mihi spectandum existimavi, ut et iuventutis antiquitatis graecae studio-sae commodis consulere et Virorum Doctorum expectationi aliqua saltem ex parte satisfacere. Quare paucis quibusdam praemissis, quae, inprimis discipulorum usui destinata, quasi fundamentum quoddam propositae quaestionis essent, in id maxime intentus fui, ut certiori-bus finibus rem ipsam, de qua agitur, circumscriberem et nonnisi ea, quae aut indubitatis veterum scriptorum testimoniis antiquorumve titulorum auctoritate niterentur, aut certissima coniectura probabilia viderentur, Virorum Doctorum iudicio subiicerem. Sed quum commen-tatio nostra concessos eiusmodi scriptionibus scholasticis terminos longe egressa sit, hoc quidem loco particulam tantum totius disquisitionis proponere licet.

De demorum Atticae per tribus distributione.

Quaestio de demorum Atticae per tribus distributione quum non solum cum geographi-cis terrae Atticae rationibus arctissime cohaereat, verum etiam cum quaestione de tribubus Atticis deque vario earum diversis aetatibus numero (unde etiam senatorum numerus pen-debat), tota haec quaestio, quo firmiore nitatur fundamento, paulo altius repetenda videtur.

Ergo ita fere nascetur exordium disquisitionis.

Terra Attica, triquetra figura, ipso situ ac soli natura in tres partes praecipuas divisa est. Nam a Megaride Atticam intranti regio est planior, patentioribus quam reliqua campis, montibusque paucioribus iisque modicis interiectis ad Boeotiae confinia montesque Parnethem, Pentelicum et Hymettum extenditur. Haec igitur ad rem accommodate Πεδίον dicitur. Sed eius maritima pars saepenumero peculiari nomine Ἀκτὴ vocatur, qua in parte sitae sunt ipsae Athenae. Altera pars, Boeotiae contermina, a Parnethe usque ad Brauronem oppidum inter Hymettum et promontorium Cynosuram (prope Marathonem) porrecta a con-

tinuis montium iugis, quae terram scindunt, nomen ἡ Διαχρία, ἡ ὁρεὶν ἢ Ἀττικὴ¹⁾ traxit. Tertia denique i. e. meridionalis Atticae pars infra Hymettum usque ad promontorium Sunium in lingulae formam porrecta, qua utrimque mari alluitur, Παράλια vocatur.

Hac in terra antiquissimis temporibus civitates complures fuisse constat, ex quibus inde a Cecrope²⁾ duodecim principes nominantur,³⁾ et quidem in Acte Cecropia, Phalerus, Eleusis, in parte mediterranea, inter Acten et Diacriam, Aphidna, Decelea, Cephisia, in Diacria Epacria,⁴⁾ Cytherus, Tetrapolis,⁵⁾ in Paralia Thoricus, Brauron, Sphettus.

His reguli praeerant, ita tamen, ut maiestate et auctoritate prae ceteris unus excelleret, qui ipsis Athenis s. Cecropiae imperitabat; ceterum suam quique rem publicam separatim administrabant neque in unum conveniebant, nisi quum propter maiores quasdam res et quae ad omnes pertinerent, communi consilio et sociatis omnium viribus opus esse videretur, donec Theseus primus, ut fama est, parvas illas ac separatas civitates in unam maiorem omnes contraxit unamque imperii, magistratuum, iudiciorum sedem Athenas fecit, ut iam reliquae regionis incolae non suorum quique oppidorum, sed huius unius urbis, quae ἄστυ καὶ ἐξοχὴν vocabatur, cives essent et haberentur.⁶⁾ Cuius rei memoriam servabat festum συνοικιστῶν.⁷⁾

Univēsus autem populus Atheniensis in quatuor divisus erat φυλὰς s. tribus, Ὀπλητες, Ἀργαεῖς, Αἰγικορεῖς, Γελέοντες,⁸⁾ quae nomina quum praeter unum omnia manifesto vitae genera designent, dubitari tamen non posse videtur, quin haec tribuum descriptio etiam ad sedium et regionum rationem accommodata fuerit. Nam quum ipsa terra Attica situ et soli natura in Acten, Pedion, Diacriam et Paralam, ut supra diximus, divisa sit, tum regionatim populum in tribus descriptum fuisse, fabulosae de tribubus Ione antiquioribus narrationes fidem faciunt.⁹⁾ Itaque quum in una parte Atticae, Diacria, plurimi essent αἰγικορεῖς, in alia, quae vocabatur πεδίων et μεσόγαια, plurimi ἀργαεῖς, in alia i. e. in tetrapoli et Paralia plurimi ὀπλητες, in alia denique parte i. e. in Urbe et adiacente terra, ἄκτῃ, plurimi γελέοντες,

1) Strab. IX. p. 391. 3. Casaub. Schoemann. de phratris Atticis. Opusc. T. I. p. 176, de comitiis Atheniens. p. 342 sq.

2) Suidas s. v. Ἐπακρία χώρα. Etymol. Mg. s. v. Ἐπακρία χώρα.

3) Strab. IX. p. 397 Casaub. Boeckh. Corp. Inscr. T. I. p. 122.

4) Epacria cum tribus oppidis, Plothea, Semachidis alioque, cuius nomen ignoramus. Boeckh. l. l.

5) Tetrapolis constabat ex quatuor oppidis in unam civitatem coniunctis, Oenoe, Probalintho, Tricorytho, Marathonē. Stephan. Byz. s. v. τετραπόλις.

6) Thucyd. II. 15. Isocrat. Encom. Helen cap. 17. Schol. Aristid. Panathen. Vol. III. p. 31 (99. 2). ed. Dindorf. Schoemann. Opusc. T. I. p. 174 sq. Droysen. 'Attische Communalverfassung' in Schmidt. Zeitschrift für Geschichte. T. VIII. 310 sq.

7) Plut. Thes. 24. Stephan. Byz. s. v. Ἀθήναι.

8) Ab Ionis (Xuthi is filius fuit) filiis nomen habebant. Schoem. de comitiis Atheniensium p. 351 sqq.

9) Buttmann. 'Ueber φρατρία' in Mythol. T. II. p. 322. Pollux Onomast. VIII. 109 sq. καὶ αἱ φυλαὶ τέως μὲν ἐπὶ Κεκροπὸς ἦσαν τέταρες, Κεκροπὶς Ἀνδρόχθων Ἀχαιοὶ Παράλια, ἐπὶ δὲ Κρανταῖο μετωνομάσθησαν Κρανταῖς Ἀχαιοὶ Μεσόγαια Διαχρία, ἐπὶ δὲ Ἐριχθονίου Διὰς Ἀθηναῖς Προσειδωνιάς Ἡρασιναί, ἀπὸ δὲ τῶν Ἰωρὸς παίδων ἐπὶ Ἐρεχθίδος Γελέοντες Ὀπλητες Αἰγικορεῖς Ἀργαεῖς· ἐπὶ δὲ Ἀλκμαίωνος δέκα ἐγένοντο, ἐκ πολλῶν ὀνομάτων ἐλόμενον τὰ παλαιὰ τοῦ Πυθίου, Ἐρεχθίδης, Κεκροπὶς, Αἰγίς, Πανδιονίς, Ἀκαμαντίς, Ἀντιοχίς, Ἀκονίς, Οἰνίς, Ἰπποθωνίς, Ἀλάντις, προσειδέθησαν δ' αὐταῖς δύο, Ἀντιγονίς καὶ Δημητριάς, ἃς ὕστερον μετωνόμασαν Ἀτταλίδα καὶ Πτολεμαίδα.

hinc una quaeque pars s. tribus eo nomine appellata est, quo hominum, qui plurimi aut praecipui inessent, vitae genus et conditio significaretur.¹⁾

Hoc modo institutam rem publicam sub regibus soli Eupatridae administrabant. Hi regi in consilio erant, magistratibus fungebantur ac sacerdotiis, iudicia exercebant, nulla harum rerum parte cum reliquis ordinibus communicata.²⁾ Inde in civitate odium, turbae, seditiones, donec *Solon*, vir propter sapientiam et moderationem omnibus pariter acceptus, Olymp. XLVI. 3 ad summum magistratum evectus, seditionibus et factionibus Diacriorum, Pediaeorum et Paraliorum turbatum ac paene perditum rei publicae statum novis legibus ordinavit et composuit nec imminuta nimis optimatum potestate, et plebe in libertatem asserta neque tamen non semper optimorum auctoritati obnoxia, et rectore quasi moderatoreque populi instituto Senatu (*βουλή*) quadringentorum virorum, ut centeni e singulis quatuor tribubus quotannis crearentur.

Ceterum proximis post Solonem temporibus novae libertatis fructu civitatem Atheniensem aliquamdiu caruisse constat. Pisistratus enim, Diacriorum dux, veteribus illis Diacriorum, Pediaeorum et Paraliorum factionibus civitatem rursus perturbantibus, aliquamdiu dominatione potitus est eamque filiis quoque hereditariam reliquit.³⁾ His autem eiectis simul cum restituta (Olymp. LXVII. 2.) libertate etiam discordiae civiles renatae sunt, optimatibus *Isagoram*, popularibus *Clisthenem*, unum ex Alemaeonidis, ducem sequentibus.

Quo in certamine, ut nobilitatis potentiam infringeret victoriamque de adversariis stabiliret, *Clisthenes* civitatem multis novis legibus ordinavit, quae libertatem a Solone conditam firmarent atque augerent: quam saluberrimam rei publicae formam meritis laudibus posterius extulerunt.⁴⁾

Nam primum receptis in civitatem peregrinis et libertinis *plebi* (*τῇ δῆμῳ*)⁵⁾ vires addidit;⁶⁾ deinde vetere civium descriptione abolita solutisque quatuor veterum tribuum vinculis nobilium s. Eupatridarum opes imminuit, novaque omnium civium descriptione facta, in qua nihil illi prae ceteris possent, atque rei publicae administrandae potestate pluribus numero communicata, senatu ad quingentos aucto, novis quoque inter se et cum re publica vinculis omnes cives consociavit.

Quum enim Athenienses, ut supra diximus, antea fuissent *τετραφύλοι*,⁷⁾ in quibus tribubus hominum genus et vitae conditio plurimum valebat, eos fecit *δεκαφύλους*, i. e. pro veteribus quatuor tribubus Ionicis Hopletum, Argadensium, Aegicorensium et Geleontum, dissolutis veteribus hominum coniunctionibus, quippe illi, quam ipse probabat, formae rei publicae non accommodatis,⁸⁾ *decem novas tribus ex certis quibusdam agri Attici partibus*, quae

¹⁾ Schoemann. Opusc. I. I. p. 180. „Griech. Altterthümer“ I. p. 320 sq.

²⁾ Plut. Thes. 25. Droysen. I. I. p. 314.

³⁾ Herodot. I. 59 sq. V. 63. Thucyd. VI. 53 sq.

⁴⁾ Herod. VI. 131. Plut. Pericl. 3. Isocrat. de bigis. cap. 10. §. 26 sq. Areopag. cap. 6. §. 16 sq.

⁵⁾ De vi vocis *δῆμος* cf. H. Stein. ad Herod. V. 69. III. 55. 8. Wachsmuth. „Hellenische Altterthümer“ I. I. p. 159 et Append. 8.

⁶⁾ Aristot. Polit. III. 2.

⁷⁾ Herod. V. 66.

⁸⁾ Aristot. Polit. VI. 4. Bekk.

δημοί¹⁾, demi s. pagi, dicebantur, sic constituit, ut in hac nova tribuum descriptione neque stirpis rationem haberet et locorum quoque situm saepenumero mirum quantum negligeret. Nam et coniunxit in eandem tribum homines nec stirpe nec domiciliis coniunctos, et diremit, qui maxime inter se et vicini et cognati erant. Tum abolitis etiam veterum tribuum nominibus prorsus nova iis nomina, ab Apolline Pythio²⁾ electa, Ἐρεχθίδα, Αἰγίδα, Πανδιονίδα, Λεοντίδα, Ἀκαμαντίδα, Οἰνίδα, Κεκροπίδα, Ἱπποθοωντίδα, Αἰαντίδα, Ἀντιοχίδα, a clarissimis terrae Atticae heroibus Erechtheo, Aegeo, Pandione, Leonte, Acamante, Oeneo, Cecrope, Hippothoonte, Aiace, Antiocho petita indidit.³⁾

Heroum autem illorum, qui ἐπώνυμοι vel ἀρχηγοί s. ἀρχηγοί vocabantur, statuae in foro Atheniensi erant positae.⁴⁾

Tribulium nomina patronymica erant Ἐρεχθεῖδαι, Αἰγεῖδαι, Πανδιονεῖδαι, Λεοντεῖδαι, Ἀκαμαντεῖδαι, Οἰνεῖδαι, Κεκροπίδαι, Ἱπποθοωντεῖδαι, Αἰαντεῖδαι, Ἀντιοχεῖδαι.

Singulis tribubus praeerant curatores, ἐπιμεληταὶ τῶν φυλῶν,⁵⁾ vel ad communium rerum administrationem vel ad festorum ludorumque solemnium apparationem. Tribules concilia sua (ἀγοράς) in Urbe habebant,⁶⁾ in quibus magistratus suos creabant, vel gesti muneris rationes a magistratibus redditas cognoscebant, vel de communium bonorum administratione aliisque negotiis decreta (ψηφίσματα) faciebant.

Habebant praeterea singulae tribus et sacra communia, quo pertinet imprimis herois eponymi cultus⁷⁾ aut alicuius Dei⁸⁾, et fundos, quorum nonnulli eponymo consecrati fuerunt, arcamque communem eiusque dispensatores (ταμίαι).

¹⁾ Cf. Valcken. ad Herod. III. 55. Schoem. de comit. Athen. p. 341. not. p. 363 not. 41.

²⁾ Schol. ad Aristid. Panathenaic. (p. 192, 18.) Vol. III. p. 331. Dindorf. Etymol. Mg. s. v. ἐπώνυμοι.

³⁾ Pollux VIII. 110. Vide supra p. 2. n. 9. Pausan. I. 5. Suidas, Etymol. Mg. et Photius s. v. ἐπώνυμοι.

Hic constans et legitimus fuit tribuum ordo, servatus a Demosthene (?) in Epitaphio p. 1397 sqq. et ab Etymol. Mg. s. v. ἐπώνυμοι οἱ κατὰ τὴν ἀρετὴν διακρίνοντες ἄσποιοι καὶ ξένοι χαλκαῖς ἐκδόσιν ἐπιμύνητο· ἀπ' ὧν ἐνίων καὶ ταῖς φυλαῖς εἰσθετο ὄνομα πασὶν ἐκείθεν δόξαν πρῶτον τὰς φυλὰς ἐξηγήσασθαι· ἀπορῶντων γὰρ αὐτῶν ὄνομα ταῖς φυλαῖς θεσθαι, ἀπὸ τῶν ἐνδοξοτάτων τοῦτο ποιῆσαι κ. τ. λ. Ἐπώνυμοι] διττοὶ εἰσι οὗτοι οἱ δὲ δέκα, ἀπ' ὧν αἱ φυλαὶ προσηγορεύθησαν, οἷον Ἐρεχθεύς, Αἰγεύς, Πανδιών, Λεώς, Ἀκάμας, Οἰνεύς, Κέκροψ, Ἱπποθῶν, Αἴας, Ἀντιόχος. ταῦτα δὲ τὰ δέκα ὀνόματα ἀπορᾶ ὁ Πύθιος εἴλετο. Κλεισθένης οὕτω διαταξάμενος τὸ πᾶν πλῆθος εἰς δέκα φυλὰς [διένειμεν]. Demonstravit hunc ordinem Corsinus F. A. T. I. p. 154 sqq. quum veterum scriptorum testimoniis usus, tum multarum inscriptionum auctoritate. Eius argumenta breviter enarrata lege apud Clinton. Fast. Hell. ed. Krüger. p. 356 n. p. A quo legitimo et constante ordine tribuum plane diversus et bene distinguendus est prytaniarum ordo, quo tribus quotannis praesidebant, quae sorte constituebantur; prytaniarum igitur non constans, sed fortuita fuit series principatus.

⁴⁾ Harpocrat. s. v. ἐπώνυμοι. Pausan. I. 5.

⁵⁾ Schoemann. de comitiis Athen. p. 369 sqq. Falso Herodotus V. 69 eos φυλάρχους vocare videtur.

⁶⁾ Tribus Cecropidis κυρία ἀγορά in Acropoli fuit. Corp. Inscr. n. 85, 6, 7 cum nota Boeckhii p. 125.

⁷⁾ C. I. n. 128 et n. 213 sacerdotes eponymorum et sacella habent.

⁸⁾ Schol. ad Aristid. Panathen. (Vol. I. p. 192) Vol. III. p. 331 edit. Dindorf. (Καλλισθένης) ... λαβὼν ἑκατὸν ἡρώων ὀνόματα ἤλθεν εἰς Πυθίαν, μαθεῖν βουλόμενος ἐκ ποίων ὀνομάτων καλέσαι τὰς φυλὰς, ἃς μέλλει κτίζειν κ. τ. λ. Tam ad Aristidis verba: καὶ ἑκάστοις προσηκούσας θυσίας θύειν ἀναθεῖς] τὸ ἑκάστοις ἢ ἀντὶ τοῦ θεοῦς νόμι ἢ ἀντὶ τοῦ γένεσι. λέγει δὲ οὗτος ὁ Ἀπόλλων προσέταξε ταύτην μὲν τὴν φυλὴν θύειν Διὶ, ταύτην δὲ Ποσειδῶνι, ἄλλην δὲ Διονύσῳ, καὶ ἑτέραν ἑτέρῳ κ. τ. λ.

Sed ut ad omnium civium Atheniensium in decem tribus distributionem redeamus, Clisthenes eam ita perfecit, ut, quum iam antea ¹⁾ demi apud Athenienses fuissent, i. e. oppida quaedam vel pagi, variis temporibus orti variisque de causis nomina adepti, nulla tamen publica auctoritate constituti nec collegia civilia s. universitates civiles efficientes, omni Attica in *centum* minores universitates civiles, quibus *demis* s. pagis nomen erat, divisa, harum *denas* ad unam *tribum* coniungeret. Hanc enim sententiam Herodoti loco V, 69 vere inesse cum C. F. Schoemanno, ²⁾ E. Curtio ³⁾ et H. Steinio equidem persuasum habeo. ⁴⁾

In numerum demorum videtur oppida, pagos, fundos recepisse, sed ita, ut nihil nisi regionem spectaret et omnes, qui uno loco domicilia haberent, nobiles ignobiles, divites pauperes, antiquos novos cives eiusdem demi s. pagi communione coniungeret. Separati singulorum demorum agri columnis terminalibus distincti erant inscriptionibus ornatis, veluti *τοῦτ' ἐστὶ Κολυττός, τοῦτ' δὲ Μελίτη*. ⁵⁾ Ceterum gentium cognationis in describendis demis rationem non habuit, nisi congrueret cum domiciliorum aut agrorum vicinitate: quare plurimi eiusdem gentis gentiles in diversis censebantur demis. Porro multi quanquam censebantur in demo, cui patronymicum erat nomen, non tamen gentiles erant eius gentis, a qua illud nomen fuit ductum, ut Anytus quidam ex demo Laciadarum gente non erat Laciada, sed Brytiada. ⁶⁾ Unum quemque civem Atticum ad unam harum minorum universitatum civilium pertinere et in eius albo, *ληξιαρχικῇ* s. *κοινῇ γραμματείᾳ* ⁷⁾, inscriptum esse oportebat. Erat vero haec communio demi sempiterna, quum posterī etiam domicilio mutato eidem demo adscripti manerent, in cuius albo proavus tempore Clisthenis inscriptus fuerat.

Inscribebantur autem adolescentes Athenienses duodevigesimo fere aetatis anno in paterni demi tabulis statis quibusdam temporibus solemnique ritu, cuius demi nomen civis alicuius Atheniensis nomini semper adiciebatur, ut vetere constantique more indicaretur,

¹⁾ Ita enim intelligenda esse Herodoti verba (V. 69.): *δέκα δὲ καὶ τοὺς δῆμους κατένεμε ἐς τὰς φυλὰς*, recte vidit H. Steinus ad h. l.

²⁾ De comitiis Ath. p. 364 et Griech. Alterthümer' T. I. p. 367.

³⁾ Griech. Geschichte' T. I. p. 311.

⁴⁾ Varias Virorum Doctorum de h. l. valde agitato sententias clare expositas vide apud H. Sauppium de demis urbanis p. 5. Sauppium emendationem *κατὰ ἀνὰ δέκα* δὲ καὶ τ. δ. praeter Steinium probat Droysen. 'Die attische Communalverfassung' in Schmidt Zeitschrift für Geschichte' T. VIII. p. 397. Equidem *δέκα* δ. κ. liberiore ac minus accurato dicendi genere dictum ab Herodoto existimaverim pro *ἀνὰ* vel *κατὰ δέκα*.

⁵⁾ Strab. I. p. 65 Casaub.

⁶⁾ Demosthen. in Neaer. p. 1365. Droysen. l. l. pag. 398.

⁷⁾ Vocabantur illi demotarum indices *ληξιαρχικὰ γραμματεία* propterea quod posteaquam iis inscripti erant, et hereditates adire poterant, et patrimoniorum domini fiebant, utpote in virorum iam ac civium numerum recepti. Schoemann. de comitiis p. 379. Aeschin. Timarch §. 18 cum Schol. Oratt. Attic. ed. Didot vol. II. p. 492: *ἐκλήθη δὲ ληξιαρχικὸν ἀπὸ τῆς λέξεως, ὅ ἐστι τῆς οὐσίας καὶ τοῦ κλήρου, καθὼς περ ἐξουσίαν λοιπὸν ἐλάμβανε αὐτὸς ὁ ἐγγράφει τῶν πατρῶων, εἴ ἦν ὑπὸ ἐπιτρόποις.... Ἐγράφοντο δὲ ἐν ταῦθα οἱ τέλειοι γενόμενοι καὶ δυνάμενοι τὰ κοινὰ διοικεῖν.... καὶ ἦν τὰ γραμματεία ταῦτα παρὰ τοῖς δημόταις.* Pollux VIII. 104. Suid. s. v. *ληξιαρχικὸν γραμματεῖον*.

civem illum certis quibusdam legitimisque ritibus inscriptum esse ad eumque demum referri, quamvis in eo nec degeret domiciliumve haberet nec agros, sed in compluribus aliis fortasse demis fundos possideret. Inde constans scriptorum graecorum, inprimis oratorum, et titulorum publicorum consuetudo, ut, quum aliquem civem publice testem proferant, ipsius nomini patris etiam atque demi addant, veluti Demosthenes Demosthenis Pacaniensis, Ctesiphon Leosthenis Anaphlystius.¹⁾

Ut tribus suis fuisse heroes eponymos iam ante dictum est, ita demos quoque heroes suos eponymos habuisse testatur *Polemonis* liber *περὶ τῶν ἐπωνύμων τῶν δήμων καὶ φυλῶν*, quem laudat Scholiasta Aristophan. Av. 645.²⁾ Idemque confirmare videtur locus Demosthenis adv. Macartat. p. 1069, 58, cuius contextus, quem dicunt, certe non ad solos tribuum eponymos spectat, ut recte iam monuit H. Sauppius. Centum autem aliquando demorum heroes eponymos fuisse apparet ex Herodiano *περὶ μονήρου λέξεως* p. 17, 8, ubi de Araphene heroe, eponymo demi Araphenis, haec legimus: *Ἀραφήν, εἷς τῶν ἑκατὸν ἡρώων*: unde iusta rursus ratiocinatione conclusit Sauppius, aliquando etiam centum demos fuisse.³⁾ Memoriam horum heroum et heroinarum recoluit Sauppius de demis urbanis p. 6 sqq., ubi quadraginta duorum⁴⁾ heroum et heroinarum eponymorum demorum Atticae nomina proposuit, de quibus certa testimonia exstant, neque negat, multos alios eponymos ex eorum demorum nominibus erui posse, quae formam patronymicam habeant, Auridarum, Eiresiadarum, Epeicidarum, Eroeadarum, Eupyridarum, Thyrgonidarum, Hippotomadarum, Ceiriadarum, Cothocidarum, Cropidarum, Cydantidarum, Cyrtheidarum, Pambotadarum, Racidarum, Scambonidarum, Sybridarum, Tyrmeidarum, Hypadarum, Cholleidarum, Psaphidarum. Praeter haec demorum nomina a heroibus vel heroinis repetita multi alii demi nomen acceperunt⁵⁾ a veteribus oppidis vicisque, qui in iis erant, ut Marathon, Oenoe, Thoricon, Sphet-

¹⁾ Hoc unum est ex indicibus s. argumentis, quibus uti licet ad demonstrandum, locum aliquem Atticae a scriptore quodam commemoratum in demis Atticis habendum esse; alterum, si scriptores veteres eum ex demorum numero fuisse diserte dicunt.

²⁾ *Κριὸς δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς, ἀπὸ Κριὸς τινος ὀνομασμένος. ἀναγράφει δὲ τοὺς ἐπωνύμους τῶν δήμων καὶ φυλῶν Πολέμων.*

³⁾ Cf. C. F. Hermann. Griech. Staatsalterth. p. 323. n. 12. edit. quart. Droysen. I. I. p. 397.

⁴⁾ Sunt autem Aethalides, Anagyrus, Anaphlystus, Araphen, Aphidnus, Butes, Gargettus, Daedalus, Decelus, Diomus, Hecale, Herchius, Echelus, Thymaetes, Icarus, Iphistius, Ion, Ceramus, Cephalus, Collyttus, Colonus, Crius, Lacijs, Marathon, Melite, Oenoe, Paeon, Munychus, Perithus, Pittheus, Semachus, Sphetus, Tithras, Titacus, Phalerus, Philaeus, Phylus, Phrearrus, Phyleus, Oe s. Oa, Eunostus, Pertheus: quorum numero in praesentia tres addere libet ex tribu Erechtheide: Agraulum, Eonymum, Cephisum.

⁵⁾ Etymol. Mg. s. v. *Ἐλεῖς*, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. ὀνομασται δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ ἔλους· ἑλώδης γὰρ ὁ τόπος· οἱ γὰρ δῆμοι τῶν Ἀθηναίων ἢ ἀπὸ τῶν τόπων ἢ ἀπὸ τῶν παρακειμένων αὐτοῖς ἢ ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς φυλῶν ἢ ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς χειροτεχνῶν ἢ ἀπὸ τῶν οἰκησάντων ἀνδρῶν ἢ γυναικῶν.

Photius s. v. *Κεραμῖς*· δῆμος ἐστὶ φυλῆς τῆς Ἀκαμαντίδος ἢ Κεραμῖς· εἰληψε δὲ τοῦνομα ἀπὸ τῆς κεραμικῆς τέχνης καὶ τοῦ θύειν Κεράμω τινὶ ἡρώϊ. Adde Suid. s. v. Plin. H. n. XXXV. 12. §. 155.

Steph. Byz. s. v. *Σχοινούς*... ἑλώδης δὲ ὡν ὁ τόπος ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῷ σχοίνων τὴν προσήγοριαν εἰληφέν, ὥσπερ καὶ τῶν δήμων ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς γνομένων Ραμνοῦς, Φηγούς, Μυρβήνοῦς, Μαραθοῦς κ. τ. λ.

Id. s. v. *Συκαί*... οἱ τόποι γὰρ ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς ὄντων ὀνομάζονται, Κυπάρισσος, Ἐλαία, καὶ

tus, Lamptrae, Eleusis, Rhamnus, Decelea, Piraeus, Sunium, Phalerus, alii; alii a natura et situ loci, ut *Ἐλεεῖς ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῇ ἔλους* (Etym. Mg. s. v.); alii demi ab iis, quorum uberior ibi proventus erat, ut Rhamnus, Phegus, Myrrhinus, Marathon, Acherdus, Agnus, Anagyrus, Elaius; alii ab opificiis, quae in iis maxime fiebant, ut Ceramenses; alii a gentibus, quae ibi habitabant praecipuis, ut Daedalidae, Butadae, Thymaetadae, Ionidae, Paeonidae, Perithoedae, Semachidae.

Ceterum memoratu dignum est, demos eos, qui a gentibus illustribus dicti sunt, plerosque in mediterranea Atticae parte sitos fuisse, quippe in qua Eupatridae frequentissimi essent.¹⁾

Pariter ut tribus etiam demi sua *σάκρια*, *ἱερὰ δημοτικά*,²⁾ aut singuli aut etiam plures inter se habebant. Et quidem noviter instituti demi cum iis oppidis vel pagis, quorum antea partem effecerant, communem herois eponymi cultum habuisse videntur. Nititur illud eo, quod demis quibusdam communia sacra fuisse certis testimoniis constat. Plutarchus in Theseo cap. 14 narrat, Iovem Hecalum et Hecalen heroinam a demis vicinis compluribus communiter cultos fuisse. Communia sacra fuerunt e. c. τῶν Ἐπακρίων h. e. Semachidarum, Plotheensium et tertii cuiusdam pagi ignoti.³⁾ Idem de Batensibus testatur inscriptio apud Curtium.⁴⁾ Porro communia sacra fuerunt τῶν τετρακώμων h. e. Phaleri, Piraei, Thymaetadarum et Xypeteonum, quo pertinet τετρακώμων Ἡρακλεῖον apud Stephanum Byz. s. v. Ἐχελίδαί. Denique Tetrapolis h. e. Marathonis, Oenoes, Tricorythi, Probalinthei communem Herculis cultum fuisse admodum probabile est.⁵⁾ Habebant praeterea singuli demi suos fundos,⁶⁾ pecunias ex eorum redditibus aut ex tributis et vectigalibus confectas, earum dispensatorem (ταμίαν), quaesitores, scribas.⁷⁾

Praefuerunt autem singulis demis singuli *demarchi*, *δήμαρχοι*,⁸⁾ ut singulis tribubus οἱ ἐπιμεληταὶ τῶν φυλῶν, curandorum communium negotiorum causa. Hi convocabant demorum conecilia (ἀγοράς), iis praeerant, demotas in suffragia mittebant, eponymi ipsi erant decretorum, quae in his conciliis fiebant, ea perficienda curabant fundosque demi administrabant. Sub eorum custodia erant tabulae, quae dicebantur lexiarchicae; inscribebant igitur adolescentes

τῶν περιεπιζών Σικύων, Μαραθῶν, καὶ εἰς οὓς Λαγρούς, Κεραιούς, Φηγούς, Μυρρηνούς, Ἀχερδοούς, Ἄγρους, Σελινούς, quorum plerique sunt demi Attici. Adde Stephanum Byz. s. v. Ἄγρους.

1) Schoemann, Griech. Alterthümer, T. I. p. 367. n. 3 et p. 321.

2) Boeckh. Oecon. publ. Athen. T. I. p. 228 edit. prim. Schoemann, Griech. Alterthümer T. II. p. 479 sq.

3) Boeckh. C. I. T. I. p. 123. n. 82. Mus. Rhenan. noviss. T. IV. p. 289 sq.

4) Inscr. Attic. nuper repertae duodecim. p. 2.

5) Odof. Müller. Dor. T. I. p. 438 edit. prim.

6) Demosth. c. Eabulid. p. 1318. §. 63. C. I. n. 93. 102. 103.

7) C. I. n. 100.

8) Cf. Schoemann, de comitiis Athen. p. 376 sqq. Harpocratio s. v. δήμαρχος, Ἀσίας ἐν τῷ κατὰ Μόσχον. ἄρχων τις ἦν ὁ δήμαρχος· οὗτοι δὲ τὰς ἀπογραφὰς (Καταστῆ) ἐποιούνητο τῶν ἐκάστην δήμῳ χωρίων· ἐν δὲ καὶ τὰ ληξιαρχικὰ γραμματεῖα παρὰ τοῖς ἦν, καὶ συνήγον τοὺς δήμους, ὅποτε δεήσειεν, καὶ ψήφον αὐτοῖς ἐδίδοσαν· τοὺς δὲ φησὶν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ ὑπὸ Κλεισθένης κατασταθῆναι, τὴν αὐτὴν ἔχοντας ἐπιμελείαν τοῖς πρότερον Ναυάρχοις· οὗτοι δὲ ἠνεχυρίαζον οἱ δήμαρχοι, ὅλοι Ἀριστοφάνης ἐν Σκηνᾷ καταλαμβάνουσιν. Suidas s. v. δήμαρχος, Pollux VIII. 108. s. v. δήμαρχοι, Etymol. Mg. s. v. Bekk. Anecd. T. I. p. 237.

in paterni demi tabulis aut etiam viros, si quos propter adoptionem in alium demum transire oporteret.

Neque praetereundi sunt demotarum *conventus*, ἀγοαί,¹⁾ in quibus magistratus suos creabant demotae, rationes eorum cognoscebant, de praemiis decernebant, praedia locabant aut de aliis varii generis negotiis decernebant. Sed duae sunt res, omnium, quae in his conventibus agi solebant, facile gravissimae: novorum civium in lexiarchicas tabulas inscriptio, et eorum, qui inscripti erant, recognitio (διαψήφισις), si quando suspicio incidisset, esse quosdam in lexiarchicis tabulis cives insitivos, quos Attici dicebant παρεγγράπτοντες. Quarum recognitionum nobilissima fuit ea, quam omnes demi Olymp. 108, 3 Demophili cuiusdam lege instituerunt. Cf. Clinton F. H. ed. Krüger. p. 151. Aeschin. c. Timarch. §. 86 ibique Schol. Et haec quidem haecenus.

Quamquam Clisthenes in novis illis decem maioribus universitatibus civilibus sive tribubus ex certo quodam demorum numero constituendis id interdum secutus videtur, ut pagi finitimi inter se et in eadem Atticae parte siti coniungerentur, non tamen omnes, quos uni tribui assignavit, demi s. pagi finitimi inter se et in eadem Atticae parte siti erant,²⁾ ita ut quaeque tribus unam atque continuam regionem occuparet, sed diversis saepe tribubus attributos videmus demos maxime vicinos, contraque in una tribu coniunctos, qui locis maxime disiuncti et interiectis diversarum tribuum demis separati erant. Cuius rei exempla ut afferam, Marathon, Oenoe, Tricorythus, Rhamnus, Psaphidae, Phegaea inter se finitimi erant demi; haud procul ab iis siti erant Aphidna, Perrhidiae, Titacidae, unam et continuam regionem obtinentes: qui omnes sunt demi tribus Aeantidis. Haec igitur tribus accurate definitum agrum inde a finibus Boeotiae et Parnethe monte usque ad terram Marathoniam inclusum occupabat. Pariter siti sunt in una eademque continua regione demi Myrrhinus, Prasiae, Stiria, qui sunt Pandionidis.³⁾ At contra saepe haec constituendarum ex demis unius et continuae terrae tribuum ratio plane omissa est. Nam Sunium pertinet ad eandem tribum (sc. Leontidem), ad quam Scambonidae (prope Eleusin). Anaphlystus (Paraliae) et Pentele (Mesogaeae) ad Antiochidem; Eleusis et Azenia (prope Sunium) ad Hippothoontidem. Quatuor tetrapolis oppida dubitari non potest, quin vicina inter se fuerint, et tamen ex iis tria tantum, Marathonem, Oenoe, Tricorythum, unius tribus Clisthenes fecit, Aeantidis, quartum autem, Probalinthum, Pandionidis. Item e duobus, quos novimus, Epacriae demis unus, Semachidae, Antiochidis, alter, Plothea, Aegeidis fuit. Ex tetracomis unus, Phalerus, Aeantidis, duo, Piraeus et Thymaetadae, Hippothoontidis, quartus, Xypete, Cecropidis fuit. Rursus unius tribus fuerunt Piraeus et Decelea, oppida centum et sexaginta fere stadiorum intervallo disiuncta multisque diversarum tribuum demis interiectis. Item Halimus et Sunium unius tribus fuerunt, Leontidis, quum alter demus proxime Athenis esset, alter in ultima

¹⁾ Boeckh. C. I. ad n. 70. pag. 106, b. n. 102. Lex. Seguerian. in Bekk. Anecd. T. I. p. 327 s. v. ἀγοαί. Droysen. I. I. p. 399.

²⁾ E. Curtius, Griechische Geschichte T. I. p. 312. Schoemann, Griech. Alterthümer T. I. p. 371. C. F. Hermann, Griech. Staatsalterthümer p. 321. n. 5. Stuart, Die Alterthümer von Athen T. II. p. 247 sq.

³⁾ Plura eius generis exempla praebet Grotefend. de demis p. 11. n. 2.

Paralia, et qui interiecti erant alii ad Cecropidem pertinerent, ut Aexone, alii ad Erechtheidem, ut Anagyrus et Lamprae, alii ad Antiochidem, ut Thorae, Aegilia, Anaphlystus. Porro Phalerus et Marathon unius tribus fuerunt, Aeantidis, centum octoginta fere stadiorum intervallo, in quo Cydathenaeum Pandionidis, Melite Cecropidis, Alopece Antiochidis, Athmonum Cecropidis, Peleces Leontidis, Hephaestiadae Acamantidis, Cephisia Erechtheidis, Trinemenses rursus Cecropidis fuerunt. Plura afferre non opus est.¹⁾ Qua in re hoc maxime secutus videtur Clisthenes, ut veteribus conjunctionum vinculis solutis fractisque nobilium, qui in his polluerant, opibus et auctoritate, nova populi libertas expeditior fieret, neve plus apud multos unius cuiuspiam partis quam universae rei publicae ratio valeret.²⁾

Numerus centum demorum Clistheneorum non omnibus temporibus idem mansit, sed temporis decursu variis de causis demorum numerus valde auctus est,³⁾ quum crescente hominum in Attica multitudine prolatisque ipsius Urbis moenibus fieri non posset, quin et prorsus novi demi multi conderentur novique demi fierent, quae antea partes tantummodo demorum fuerant, quum ex veteribus illis ii, qui incolarum numero alios superarent, discernerentur atque divellerentur. Ita denique ad eam multitudinem numerus demorum Atticae accrevit, quem apud Strabonem⁴⁾ invenimus. Ibi enim *centum septuaginta quatuor* demos fuisse legimus, quem numerum Eustathius quoque ad Homeri Il. 2, 547 praebet: *Σημεύωσαι δὲ ὅτι Ἀθηναίων πόλεις ἢ δήμους ἢ ὅλως εἰπεῖν τόπους οὐκ ἤξιόμηνεν ὁ ποιητὴς διὰ τὴν πλῆθος κατὰ τοὺς παλαιούς, καὶ ὅτι οὐκ εἶχε πάντα, φασὶν, εἰς μετροπολίαν κατατάξαι, καὶ τοὶ ἑκατὸν ἑβδομήκοντα τεσσάρων, φασί, δῆμων ὄντων τῆς Ἀττικῆς, ὧν πολλοὶ λαμπρὰ εἶχον διηγήματα.*

Quaquam nihil a veteribus scriptoribus memoriae est proditum, aliquando tot novos demos factos ac pristinis centum demis additos esse, hoc tamen pro certo affirmare possumus, omnes illos duplices eiusdem nominis demos, quales sunt *Ἀγνυλή, Ἀγνυλή, Λαμψαί, Παιανία, Περγασή, Ποταμοί*, additis adverbis *καθ' ἑνὸς* et *ὑπὲρ ἑνὸς*, *ἄνω* et *κάτω*, aut adiectivis *παράλοι* s. *πάραλοι*, ex uno demo aliquando in duos divulsos esse. Contra alia ratio est duplicis Oenoes, Oei, Phegaeae.⁵⁾

¹⁾ Cf. Schoemann. Opusc. T. I. p. 181 sq.

²⁾ Ita iam indicavit Stuartus Die Alterthümer v. Athen' T. II. p. 248. Schoem. Antiquitt. iuris publ. Graec. p. 202.

³⁾ Schoemann. de comitiis Athen. p. 366.

⁴⁾ IX. 1. 16. (edit. Meinek.) ... *Ἐλεονά τε εἰπὼν* (Hegesias) *ἕνα τῶν ἑκατὸν ἑβδομήκοντα δῆμων πρὸς δὲ καὶ τεττάρων, ὡς φασιν, οὐδένα τῶν ἄλλων ἀνόμαζεν.* Quorum demorum quum eos, qui ad oras maritimas siti sunt, enumeraverit Strabo, in universum haec addit (p. 399 Casaub.): *τοὺς δ' ἐν μεσογαίᾳ δῆμους τῆς Ἀττικῆς μαζὸν εἰπεῖν διὰ τὸ πλῆθος.*

⁵⁾ Operae pretium videtur, L. Rossium (de demis p. 3 sq.) de hac re disserentem audire. Is igitur ita scribit: Ein nicht seltenes Motiv und Mittel zur Vermehrung der Demeu war offenbar die Zerfällung einer vollreichen und räumlich über eine weite Strecke ausgebreiteten Dtschaft in zwei gleichnamige Gemeinden, die fortan durch den Beisatz Ober- und Unter-N. (*καθ' ἑνὸς* und *ὑπὲρ ἑνὸς*) unterschieden wurden, aber derselben Phyle zugetheilt blieben. Ich glaube unbedenklich annehmen zu dürfen, daß alle Fälle dieser Art von Verdoppelung eines Demos jünger sind als Kleisthenes: theils weil es zu ungeschickt gewesen wäre, wenn er als Begründer einer ganz neuen Einrichtung, und indem er den neu geschaffenen Phylen willkürlich gewählte Namen gab, nicht auch jedem seiner

De novo demo *Berenicidarum* tribus Ptolemaidis et de novo demo *Apollonia* tribus Attalidis certa quaedam exstant indicia, alterum aetate *Ptolemaei Philadelphi* a Magae, Ptolemaei Philadelphi fratris, filia Berenice, aut, ut Boeckhii suspicatur, a Ptolemaei Philadelphi matre Berenice nomen traxisse, alterum ab *Attali I*, regis Pergameni, uxore Apolloniade denominatum esse. De novo denique demo *Alexandrea* tribus Acamantidis in honorem Alexandri Magni sine dubio ab Atheniensibus facto vide L. Rossium l. I. pagg. 14. 27. 59 (14.), et eiusdem viri docti de demo *Antiochia* (p. 105 et p. 27) ¹⁾ et de demo *Tarso* (p. 96 sq.) coniecturas.

Demos ipsos varii ambitus incolarumque numero valde inter se diversos fuisse et probabile est et ex veteribus scriptoribus cognosci licet. Demosthenes c. Eubulid. p. 1316 §. 57 ita: ἐνθυμέσθε τοίνυν καὶ κεῖνο, ὅσοι τῶν μεγάλων δήμων ἔστέ κ. τ. λ. Et maximus quidem demus Acharnae ²⁾ fuerunt, de quo Thucyd. II. 19. Ἀχαρνᾶς, χωρίον μέγιστον τῆς Ἀττικῆς τῶν δήμων καλουμένων. . . οἱ Ἀχαρνῆς μέγα μέρος ὄντες τῆς πόλεως τρισχίλιοι γὰρ ὁπλῖται ἐγένοντο. Inter parvos demos (δῆμοι δὲ οἱ μικροὶ τῆς Ἀττικῆς) a Pausania I. 31. 1 numerantur Ἀλιμοῦς, Πρόσπαλτα, Ἀνυρροῦς, Κεφαλῆ, Πρασιαί, alii.

Neque solum ager Atticus ex magno demorum numero constabat, verum etiam ipsam Urbem Athenas suos demos complexam esse necesse est. Nam quum constet, omnes cives Atticos in albo demi alicuius inscriptos esse oportuisse, et a Clisthene eos, qui tum uno loco sedes et domicilia haberent, demi communione coniunctos esse, necessario sequitur, ut etiam eos, qui tum intra moenia sedes haberent, a Clisthene ita coniunctos esse statuamus, ut demum vel plures demos efficerent. Et septem certe demos ipsam Urbem complexam esse demonstravit Sauppius, ³⁾ *Cydathenienses* (tribus Pandionidis), *Meliten* (Ceeropidis), *Collytium* (Aegeidis), *Scambonidas* (Leontidis), *Ceramenses* (Acamantidis), *Ceiriadas* (Hippothontidis), *Colonium urbanum* (Antiochidis), quos demos omnes diversis tribubus adscriptos vide-

Demen besondere Namen zu geben gewußt hätte; theils weil es in der Natur der Sache liegt, daß eine Dtschaft ursprünglich eine einzige und ungetheilte ist, und erst durch wachsende Volksmenge und Ausdehnung zu einer Theilung geführt wird, ein solches Wachsthum aber mit Wahrscheinlichkeit nur in die Zeit der höchsten Blüthe und Entwicklung des Attischen Staates, zwischen die Perserkriege und die Zeiten des Macebonischen Uebergewichtes, gesetzt werden kann. Solcher getheilten Demen kannten wir bisher nur drei: Ober- und Unter-Agryle und Ober- und Unter-Samptra in der Cretheis, und Ober- und Unter-Päania in der Pandionis;*) denn das Verhältniß der beiden Dentoe, der beiden Deon und der beiden Phagäa ist ein anderes. Von den beiden Deon und Dentoe wissen wir, daß sie räumlich getrennte und 5 bis 10 Wegstunden von einander entfernte Dtschaften waren; von den beiden Phagäa ist dies wenigstens in hohem Grade wahrscheinlich, weil sie zu verschiedenen Phylen gehörten, und nicht, wie jene getheilten Demen, durch die Beisätze καθ' ἑνὸς und ἐπὶ ἑνὸς unterschieden werden.**)

*) Addi poterat duplex demus Ποταμός, qui a Schol. Homer. II. 2, 545 distinguitur in Ποταμοὶ καθ' ἑνὸς et II. ἐπὶ ἑνὸς. Cf. Westerm. ad Leake, Die Demen p. 232. not. 122. Ross. p. 9 (infra) et p. 10. not. 1.

**) A Rossii sententia de duplicium demorum origine dissentit Droysen. (in Schmidt Allgem. Zeitschrift für Geschichte' T. VIII. p. 398, sed sine satis iusta causa.

¹⁾ Reiiit demum Antiochiam Rangabeus, Antiquités helléniques etc. Vol. II. p. 901. n. 1844.

²⁾ Cf. Clinton. F. Hellen. ed. Krüger. p. 403.

³⁾ L. I. p. 13 sqq.

mus. Quae quum ita sint, idem Sauppius ex *quavis* tribu unum vel partem unius demi in Urbe fuisse conicit, ut omnium tribuum conciones in Urbe haberentur et in demo urbano cuiusvis tribus forum esset. Sed quum septem illis modo laudatis demis tres reliqui demi urbani tribus Erechtheidis, Aeantidis et Oeneidis nisi coniectura addi non possint, totam hanc rem ut prorsus incertam mittamus.¹⁾ Pari modo ut minoris hoc quidem loco momenti relinquamus quaestionem, quae ratio intercesserit inter *κώμας* Urbis et *δήμους* Urbis, ortam ex Isocratis loco, qui est in Areopagitico cap. 18. §. 46, ubi haec de Solone et Clisthene leguntur: *καὶ ταῦτα νομοθετήσαντες οὐδὲ τὸν λοιπὸν χρόνον ὀλιγώρουν, ἀλλὰ διελόμενοι τὴν μὲν πόλιν κατὰ κώμας, τὴν δὲ χώραν κατὰ δήμους ἐθιώρουν τὸν βίον τὸν ἐκάστου καὶ τοὺς ἀκοσμοῦντας ἀνῆγον εἰς τὴν βουλὴν.*²⁾ Hanc igitur distributionem, qua Urbs in *κώμας*, reliquus ager in *δήμους* dividerentur, ad curam pertinuisse apparet, qua Areopagus mōres civium regeret atque coerceret. Quae quaestio, ut multae aliae eius generis, iam diu soluta esset, si commentaria illa de terminis, quibus singulae Urbis partes finirentur, publice scripta nobis servata essent. Significat ea Scholiasta Aristophan. Av. 997 his verbis: *Μελέτη γὰρ ἅπαν ἐκεῖνο, ὡς ἐν τοῖς ὁρισμοῖς γέγραπται τῆς πόλεως.* De iisdem terminis etiam Antiphontem in Oratione, quae erat *πρὸς Νικοκλέα περὶ ὄρων*, egisse ostendunt, quae *grammatici* ex ea servaverunt.³⁾

Decem tribuum Atticarum a Clisthene institutarum numerus et legitimus ordo quum per longum temporis spatium integer retentus fuisset, regum Macedoniae aetate ab Atheniensibus (Olymp. 118. 2. a. Chr. 307.) mutatus est additis duabus novis tribubus, *Antigonide* et *Demetriade*, ita ut inde ab eo tempore *duodecim* tribus Atticae essent. Quae res sic evenit.

Quum occupatis a Cassandro, Antipatri filio, Athenis Demetrius Phalereus, *ἐπιμελητοῦ* nomine civitati Atheniensi praepositus, per decem annos civitatem Atheniensem optime rexisset,⁴⁾ ad extremum tamen mutatis in deterius moribus tanto plus sibi invidiae atque infamiae contraxisset, quanto magis sui ipse dissimilis legumque, quas ipse tulerat, contemptor evaserat: Antigoni filius, Demetrius ille, qui postea Poliorcetae nomen accepit, ex improvviso cum magna classe advectus et sine certamine Piraeo potitus cupidissime, quum civitati Atheniensi libertatem polliceretur, eiectis Macedonibus receptus est.⁵⁾ Tum restitutae libertatis gaudio exultantes Athenienses tantos tamque immodicos in Demetrium eiusque patrem Anti-

¹⁾ Egerunt de demis urbanis praeter H. Sauppius Leake in: *Topographie von Athen* p. 314 sq. edit. Turic. et *die Deme von Attika* p. 21. C. O. Müllerus in Rienaekeri versione Germanica libri Leakei de topogr. Athen. p. 461 sqq. Krüger *Untersuchungen über das Leben des Thukydides* p. 91 sq.

²⁾ Cf. Sauppe pagg. 11 et 23. Westermannus in: Pauly *Encyclopädie u. f. w.* s. v. Deme. T. II. p. 951. perpenso Aristotelis de poet. loco, qui est cap. III, *κώμας* et *δήμους* nonnisi varia eiusdem rei nomina fuisse suspiciatur. Adde Krüger. I. l. p. 92.

³⁾ Videtur haec oratio in causa publica habita esse et ad metationem Urbis pertinuisse. Singulas enim Urbis partes certis finibus distinctas et commentaria de his terminis publice scripta fuisse Schol. Aristoph. I. l. docet. Vide Oratt. Attic. ex rec. Baetii et Sauppii. Turici. T. II. p. 141 sq. (ed. Parisiens. Didot, vol. 2. p. 226 sq.)

⁴⁾ Ab Olymp. 115, 4 usque ad Olymp. 118, 2 (Clinton. F. Hell.), a. Ch. 317—307.

⁵⁾ Corsin. F. Att. Dissert. I. n. 33. Schoemann. *Griech. Alterthümer*, T. I. p. 538 sq. Antiquitt. iur. publ. Gr. p. 359.

gonum honores, Stratoele ¹⁾ auctore, cumularunt, ut facile appareret, non solum quam gratum illi donum, sed etiam quam aptis ad servitium hominibus dedissent. ²⁾ Nos ex his duo tantum commemorabimus, sacra iis et caerimonias tanquam Diis Servatoribus (*θεοὶ σωτήρες* vocabantur,) decreta annuosque sacerdotes (*ιερεῖς τῶν Σωτήρων*) institutos, quorum nominibus anni, ut antea ab archontibus, signarentur. ³⁾ Tribuum praeterea numerus a Clisthene constitutus auctus est, ut duae novae accederent, Antigoni et Demetrii nominibus nuncupatae, Antigonis et Demetrias. ⁴⁾ Cum hac duarum novarum tribuum institutione novam etiam demorum distributionem coniunctam fuisse, facile est ad intelligendum, quorum numerus numerum denorum per singulas tribus demorum tum temporis procul dubio longe superabat. Et Aethalidas quidem tribus Leontidis tum *Antigonidi*, Hagnusios Acamantidis *Demetriadi*, postea autem Attalidi adscriptos esse constat. Pariter ex inscriptione n. 63 apud M. H. E. Meierum apparet, Antigoni institutae demum Lamptrensium, qui antea Erechtheidis fuerat, attributum esse, id quod hucusque ignotum fuerat. Quem autem inter veteres illas decem tribus Clistheneas duae illae novae, Antigonis et Demetrias, occupaverint locum, diu magna fuit inter Viros Doctos dissensio. Corsinus ⁵⁾ enim et Rossius novas has tribus statim ab initio quintum et duodecimum inter tribus locum obtinuisse contenderunt, quos locos postea Ptolemaidem et Attalidem (quae abrogatis Antigoni et Demetriade in earum locum substitutae erant, ut rursus essent duodecim tribus,) occupavisse constabat. Contra ea iam Dodwellus ⁶⁾ contra Corsinum has duas novas tribus decem pristinis praepositas esse acute suspicatus est, et Dodwelli opinionem satis probabili ratiocinatione ductus approbavit Boeckhius. ⁷⁾ Sed id quod tum nonnisi coniectura quamvis probabili et acuta nitebatur, iam confirmat

¹⁾ Plut. Demet. 11 init. Diodor. XX. 46.

²⁾ Plut. Demet. cap. 10—13.

³⁾ Primus Coroeus *ιερεὺς τῶν Σωτήρων* in locum sublatoꝝ archontum eponymorum successit Olymp. 118, 3. a. Chr. 306. Cf. Clinton. F. Hell. ad h. a.

⁴⁾ Diodor. XX. 46. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι γράψαντος ψήφισμα Στρατοκλέους ἐψηφίσαντο χρόνους μὲν εἰκόνας ἐφ' ἑομάτος στήσαι τοῦ τε Ἀντιγόπου καὶ Δημοκτοῦ πλησίον Ἀρμόδιου καὶ Ἀριστογείτονος· στεφανώσαι δὲ ἀμφοτέρους ἀπὸ ἱαλάντων διακοσίων, καὶ βώμιον ἰδρυσαμένους προσαγορεύσαι σωτήρων· πρὸς δὲ τὰς δέκα φυλὰς προσθεῖναι δύο, *Δημητριάδα* καὶ *Ἀντιγονίδα*, κ. τ. λ.

Plut. Demetr. cap. 10. . . ταῖς δὲ φυλαῖς δύο προσέθεσαν, *Δημητριάδα* καὶ *Ἀντιγονίδα*, καὶ τὴν βουλὴν τῶν πεντακοσίων πρῶτον ἑξακοσίων ἐποίησαν, αἵ τε δὲ φυλὴς ἑκάστης πεντήκοντα βουλευτὲς παρεχομένης.

Steph. Byz. s. v. Βερειζίδαι, δῆμος τῆς Πτολεμαίδος φυλῆς· δέκα γὰρ φυλὰς ἔχοντες Ἀθηναῖοι προσέθεσαν δύο, *Ἀντιγονίδα* καὶ *Δημητριάδα* καλοῦντες, ὅτερον δὲ *Ἀπάλιδα* καὶ *Πτολεμαίδα*, διὰ τῶν ἐπωνύμων εὐδαγγελθέντες βασιλέων. κ. τ. λ. Idem s. v. Ἀντιγονίς.

Schol. Aristid. Panathen. Vol. III. p. 331 Dindorf. (ad Vol. I. p. 192): ὕστερον ὥς ἐκαπεινώθησαν Ἀθηναῖοι ὑπὸ Μακεδόνων, χαρίζομενοι αὐτοῖς ἐποίησαν δύο φυλὰς καὶ ὠνόμασαν τὴν μὲν Ἀντιγονίαν, τὴν δὲ Δημητρίαν, ἀπὸ Ἀντιγόπου καὶ Δημοκτοῦ τῶν βασιλέων.

Pollux VIII. 110. Pausan. X. 10. 2. Droysen. „Gefallenismus“ T. I. p. 439.

⁵⁾ Fast. Att. T. I. p. 127, 177. Ross. l. l. p. 2.

⁶⁾ De veteribus Graecorum Romanorumque cyclis. Dissert. III. Sect. 39. pag. 190. Oxon. 1701.

⁷⁾ C. I. T. I. n. 111. p. 153.

titulus ille n. 63. Commentt. epigraph. M. H. E. Meieri,¹⁾ qui titulum n. 3 auctiorem et emendatiorem praebet. Decernuntur hoc titulo corona et locus insignior in theatro collegio cuidam τῶν σιτιῶν et scribae collegii. Ibi Antigoniadis, Demetriadis, Erechtheidis, Aegeidis, Pandionidis, Leontidis cives laudantur, de singulis tribubus capti, ut novissimi versus demonstrant, eo ordine, qui constans tum erat et legitimus Atticarum tribuum. Is igitur titulus non solum diserte docet, novas tribus, Antigonidem et Demetriadem, antepositas esse reliquis omnibus, sed etiam — nam de ea quoque re Viri Docti dissentiebant, utrum Demetrias an Antigoni priorem obtinuerit²⁾ locum — primum locum Antigoni, secundum Demetriadi esse datum. Praeterea ex eo titulo apparet, Antigoni institutae demum Lamptensium adscriptum esse, qui antea Erechtheidis fuerat, id quod etiam ipsum hucusque ignotum fuisse supra dixi.³⁾

Tribum Antigonidem et Demetriadem, quum Athenienses iterum se in libertatem vindicassent, exuto Demetrii Poliorcetae undeviginti annorum imperio (Olymp. 123. 2 Clinton. a. Chr. 287.)⁴⁾, abolitis pridem Demetrii et Antigoni honoribus,⁵⁾ abrogatis sacerdotibus Servatorum restitutisque archontibus eponymis, alteram usque ad institutam Ptolemaidem,⁶⁾ alteram usque ad Attalidem receptam⁷⁾ superfuisse, credi vix posse Boeckhii iam declaravit.⁸⁾ Sed quis per hoc tempus tribuum numerus fuerit — utrum tribuum numerus tum ad pristinum illum decem tribuum numerum descenderit et instituta primum Ptolemaide in undecim tribuum numerum creverit, deinde instituta Attalide iterum ad duodecim tribuum numerum adauctus sit, ita ut inde ab instituta Ptolemaide usque ad institutam Attalidem undecim tribus Atticae essent, an duae novae quaedam tribus in abrogatarum tribuum numerum suffectae sint, donec alterius locum occuparet Ptolemais, alterius Attalis, ita ut duodecim semper essent tribus, — inter Viros Doctos diu multumque ambigebatur.⁹⁾ At vero postquam Bergkii proposito titulo graeco¹⁰⁾ tribum Erechtheidem novam iuxta Ptolemaidem aliquando fuisse

¹⁾ Halae. 1852 et 1854. Cf. Rangabé, *Antiquités helléniques* etc. Vol. II. n. 478. p. 177 sqq.

²⁾ Grotefend. de demis p. 12. n. 2. Boeckh. C. I. p. 153 fin., ubi dissentientes veterum scriptorum locos attulit. Westermannus in: Pauly, *Encyclopädie u. s. w.* s. v. Demetrius. T. II. p. 923.

³⁾ Cf. Bergk. in: *Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft* 1853. n. 35. p. 275 in censura Commentt. epigr. Meieri.

⁴⁾ Droysen. *„Hellenismus“*, T. I. p. 614.

⁵⁾ Plut. Demet. 46.

⁶⁾ Ptolemaeus Philadelphus regnavit ab Olymp. 124, 2 usque ad Olymp. 133, 2. a. Chr. 283—247. (Clinton. F. Hellen. Zumpt. Annal. veter.)

⁷⁾ Olymp. 145, 1. a. Chr. 200.

⁸⁾ C. I. (ad n. 111. p. 153 b.) p. 901.

⁹⁾ Cf. praeter Dodwellum de cycl. Diss. III. p. 191. Grotefend. p. 14. C. F. Hermann. in *„Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft“*. 1845. n. 73 sqq. *„Zur attischen Verfassungsgeschichte im dritten Jahrhundert vor Christus“*. Idem *„Griech. Staatsalterthümer“* p. 522. n. 10. Theod. Bergk. in: *„Zeitschrift f. d. A.“* 1847. n. 138.

¹⁰⁾ Publici iuris facta est haec inscriptio, a L. Rossio ad Boeckhium missa, quae mutilatum victorum in ludis Atticis indicem continet, in *„Intelligenzblatt“* n. 33. p. 269 zur *„Galler St. Stg.“* 1835. Continet haec inscriptio una cum praecedentibus (lin. 36 et lin. 38) tribus Aegeide et Erechtheide (nullo adiecto additamento) post insequentem lin. 41 tribum Ptolemaidem haec verba (lin. 43.):

ΕΡΕΧΘΕΙΑΟΣ ΦΥΛΗΣ ΝΕΩΤΕΡ...

demonstravit, ¹⁾ facile adducimur, ut cum eodem Bergkio et cum Schoemanno ²⁾ credamus, abrogatis simul Antigonide et Demetriade statim in earum locum suffectas esse *novam* Erechtheidem et *novam* Aegeidem, ita ut insequenti tempore instituta Ptolemais locum *novae* Aegeidis occuparet, manente *nova* Erechtheide, donec a. 200 a. Chr. instituta tribus Attalis in novae Erechtheidis locum succederet. Sed qui locus in constanti tribuum ordine *novae* Erechtheidi et *novae* Aegeidi tum assignatus fuerit, — sunt enim, qui suspicentur, iis quum instituerentur, quintum et duodecimum locum attributos esse, quos locos postea Ptolemaidem et Attalidem occupavisse constat, — hanc et alias eius generis quaestiones, utpote coniectura tantum, donec novi tituli reperti fuerint, solvendas aliis libenter relinquo.

Duodecim tribuum Atticarum, de quibus modo diximus, mutatio quaedam insequenti tempore facta est. Quum enim Ptolemaeus II, Philadelphus, Ptolemaei Lagi et Berenices filius, Aegypti rex, Atheniensibus adversus Antigonum Gonatam, Demetrii Poliorcetae filium, et Macedones auxilium ferret, ³⁾ tum illum apud Athenienses honorem meruit, ut nova tribus, ex ipso *Ptolemais* vocata, institueretur ⁴⁾ eaque haud dubie in *novae* Aegeidis locum succederet. Ita Ptolemaeus Philadelphus reliquorum eponymorum tribuum Atticarum numero accessit. ⁵⁾ Quo anno id factum sit, memoriae non est proditum, sed magna cum veritatis specie id initio belli Chremonidei ⁶⁾ factum esse Viri Docti suspicantur, id est c. a. 266 a. Chr. ⁷⁾

Simul tum, quum Ptolemaeus Atheniensium sibi animos ita devinxit, ut tribus ab eo nomen traheret, novum *Berenicidarum* ⁸⁾ demum constitutum esse, admodum verisimile est. Recte igitur Boeckhius ⁹⁾ hunc demum a Berenice, Magae, Ptolemaei Philadelphi fratris, filia, Ptolemaei Euergetae uxore, vix denominatum credit, sed a Ptolemaei Philadelphi matre, Berenice. Contra ea Stephanus Byz. s. v. hunc demum ex Magae filia, Ptolemaei Euergetae uxore, nomen traxisse scribit. Quod si verum est, fieri nequit, ut ante Olymp. 130 in civitatem receptus sit hic demus; nam illo fere tempore Ptolemaeus Philadelphus cum Maga fratre, Cyrenaicae praefecto, pacem composuit, ut Magas unicam filiam, parvam tum virginem, Berenicem, filio suo Ptolemaeo, qui postea Euergetes dictus est, in spem regni educato desponderet. ¹⁰⁾ Quinam praeterea alii ex veteribus demis Ptolemaidis tum institutae adiecti sint, eo loco copiosius exponetur, ubi singulos Ptolemaidis demos persequemur.

¹⁾ Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft. 1853. n. 35. p. 273 sq.

²⁾ Griech. Alterthümer. T. I. p. 541.

³⁾ Pausan. I, 7, 3. I, 1.

⁴⁾ Pausan. I, 6 extrem. I, 5, 5. I, 8, 6. Steph. Byz. s. v. *Berenicidae*. Pollux VIII, 110.

⁵⁾ Idem Ptolemaeus Philadelphus Gymnasium ab ipso nominatum Athenis extruxit (Pausan. I, 17, 2); Sarapidis praeterea cultum eo tempore et Athenis et in Attica Delo receptum esse constat. Pausan. I, 18, 4.

⁶⁾ Gestum est hoc bellum a. Chr. 266—263.

⁷⁾ Droysen, *„Hellenismus“* T. II. p. 211 sq. n. 101. Hermann, *„Griech. Staatsalterthümer“* p. 522. n. 10. Idem in *Zeitschrift für die Alterth.* 1845. I. supra. I. 232.

⁸⁾ Steph. Byz. s. v. *Berenicidae*.

⁹⁾ C. I. ad n. 120. p. 162.

¹⁰⁾ Droysen, *„Hellenismus“* T. II. p. 247 sq.

Anno denique a. Chr. 200 (Olymp. 144. 4.) nova tribus *Attalis* ab Atheniensibus instituta est eaque in *novae* Erechtheidis locum successisse videtur, quae, ut supra demonstrare conati sumus, Demetriadis locum antea obtinuerat. Nomen nova tribus traxit ab Attalo I, rege Pergameno. ¹⁾ Quum enim Athenienses bello pressi a Macedonibus Romanos in Graeciam arcessivissent, belloque Romanorum cum Philippo, Macedoniae rege, exorto, Attalus I, rex Pergamenus, societate cum Romanis adversus Philippum inita, ipse Athenas venisset, miro plausu ac pompa ab Atheniensibus exceptus est atque nova tribus Attalis ex regis nomine vocata regisque statua inter heroes tribuum eponymos erecta est. ²⁾ Et sicut cum tribu Ptolemaide novum demum Berenicidarum institutum esse supra demonstravimus, ita cum Attalide novus demus *Apollonia* ³⁾ ab Atheniensibus conditus est, qui ab Apolloniade, regis Attali I uxore, ⁴⁾ non matre, ut nonnulli ⁵⁾ volunt, nomen duxit. ⁶⁾

Quum ex iis, quae modo exposui, satis apparere putem, quomodo Antigonis cesserit novae Aegeidi, nova autem Aegeis Ptolemaidi, et tribus Demetrias cesserit novae Erechtheidis, nova autem Erechtheis tribui Attalidi, facile iam erit ad explicandum, qua ratione demus Hagnusiorum, qui antea Acamantidis fuerat, insequenti tempore diversis aetatibus tribui *Demetriadi* et *Attalidi* adscribi potuerit. ⁷⁾ Ceterum hoc loco monendum est, *Ptolemaidi* et quidem ut Boeckhii (C. I. T. I. p. 901.) censet, *statim* quum reciperetur, *quintum*, *Attalidi* postremum i. e. *duodecimum* in constanti tribuum ordine locum datum esse. ⁸⁾ Illud quoque addendum videtur, probabile esse, quum Ptolemais et deinceps Attalis instituerentur, in has tribus eos coniectos esse demos, qui antea fuerant Antigonidis et Demetriadis, ⁹⁾ aut, quae eas secutae sunt, novae Erechtheidis et novae Aegeidis.

Hic tribuum Atticae ordo et numerus quum usque ad Imperatorum Romanorum aetatem permansisset immutatus, sub Hadriano Imperatore ¹⁰⁾ commutatus est. Hic Imperator,

¹⁾ Regn. ab a. 241 usque ad a. 197 a. Chr. Cf. de Attalo I Boeckh. C. I. p. 164.

²⁾ Polybius XVI. cap. 25. 9: τὸ δὲ τελευταῖον ἐψηφίσαντο τιμὰς τετρακαίδεκα, ἡλικίας οὐδενὶ ταχέως τῶν πρότερον εἰς αὐτοὺς εὐεργεσιῶν γεγονότων. πρὸς γὰρ τοῖς ἄλλοις καὶ φυλὴν ἐπώνυμον ἐποίησαν Ἀτάλην καὶ κατένειμαν αὐτὸν εἰς τοὺς ἑκκαίδεκα τῶν ἀρχαίων. Liv. XXX. 15: Tum primum mentio illata de tribu, quam Attalida appellarent, ad decem veteres tribus addenda. Pausan. I, 5, 5. I, 8 init. Steph. Byz. s. v. Ἀτάλης et Βερενικίδα. Pollux VIII. 110.

³⁾ Steph. Byz. s. v. Ἀπολλωνεῖς, δῆμος προστεθείς τῇ Ἀταλίδι φυλῇ κ. τ. λ. Hesychius et Phavorinus s. v. Ἀπολλωνεῖς.

⁴⁾ Ita recte Leake 'Die Demeu' p. 18.

⁵⁾ In his Grotefend. de demis p. 14 et in: Pauly, 'Encyclopädie' s. v. Ἀπολλωνεῖς T. I. p. 625.

⁶⁾ De hac muliere, plurimas ob causas memoria et laude digna, lege Polyb. XX. cap. 18. Adde Suid. s. v. Ἀπολλωνιάς.

⁷⁾ Stephan. Byz. et Hesychius s. v. Ἀγροῦς. Grotefend. de demis p. 14 not. et apud Pauly. l. l. s. v. Demetrias. Schoem. de comitiis Athen. p. 367.

⁸⁾ Corsin. F. Attic. T. I. p. 165.

⁹⁾ Boeckh. C. I. T. I. p. 308 ad n. 172.

¹⁰⁾ Regn. ab a. 117 usque ad a. 138 p. Ch.

qui in nobilissimo illo itinere, quo omnes imperii Romani provincias peragravit, bis¹⁾ Athenas venit, rem publicam Atheniensem ordinavit, Athenis archontis eponymi munere functus est, Dionysia festa celebravit, agōnem edidit, Urbem auxit et ornavit, gymnasium et bibliothecam condidit, Olympieum dedicavit, insulam Cephalenen Atheniensibus concessit aliaque plurima Atheniensibus largitus est, procul dubio optime de Atheniensibus meruisse censendus est.²⁾ Neque est mirandum, Hadriani munificentia factum esse, ut Athenae, quae post Sullae tempora squalore fere obrutae iacere videbantur, pristinum decus novamque lucem adeptae reviviscerent.³⁾

Itaque Athenienses, innumeris prope beneficiis ab Hadriano ornati, gratum suum erga eum animum testificaturi, ut antea in Antigoni et Demetrii, tum in Ptolemaei et Attali honorem novas tribus ex ipsorum nominibus nuncupaverant, ita etiam Imperatorum Romanorum aetate Hadrianum Imperatorem in heroum eponymorum numerum retulerunt tribumque novam, decimam tertiam, ex eius nomine *Hadrianidem* appellatam, instituerunt novaeque tribui demos Aphidnam, Besam, Elaiuntem, Oam, Phcgacam adiecerunt. Sed quo anno id fecerint Athenienses, memoriae non est proditum. Corsinus, quidem id Olymp. 225²/₃, a. 123 p. Chr. factum esse suspicatur.⁴⁾ Locus autem, quem tum Hadrianidi tributum esse vetera monumenta testantur, fuit in tribuum ordine *septimus*, i. e. inter Acamantidem et Oeneidem, ita ut inde ab eo tempore constans tribuum ordo hic esset: 1. Erechtheis. 2. Aegeis. 3. Pandionis. 4. Leontis. 5. *Ptolemais*. 6. Acamantis. 7. *Hadrianis*. 8. Oeneis. 9. Cecropis. 10. Hippothontis. 11. Aiantis. 12. Antiochis. 13. *Attalis*. Hic tribuum ordo apparet in Corp. Inscr. n. 275. p. 381. et n. 284. p. 393, ubi in tribuum recensu post Aegeidem deest Pandionis, quippe ex qua tum nemo epheborum exercitationibus affuerit.

His in universum de tribubus Atticis deque vario diversis temporibus earum numero expositis, sequitur, ut pauca quaedam appendicis loco de *Senatu* (*βουλῇ*) Atheniensium addam, quippe quum Senatorum numerus per longum temporis spatium totus a tribuum numero penderet. Quam rem si forte paulo altius repetivisse nonnullis videbor, hanc veniam facile dabunt ei, cuius multum interfuit, ut iam in praefatione dixi, in eiusmodi scriptione etiam iuvenum antiquitatis graecae studiosorum commodis consulere.

Itaque, ut a Solonis aetate ordiar, Senatus (*βουλῇ*), universo populo Atheniensi quasi rector et moderator praepositus, e lege Solonis e *quadringentis* viris (*βουλευταῖς*) constabat, centenis e singulis quatuor, quae tum erant, tribubus creatis. Post Solonem autem auctumque a Clisthene,⁵⁾ ut supra vidimus, ad decem tribuum numerum *quingenti* senatores, e singulis tribubus quinquaginta, quotannis sorte ducebantur: *ἡ βουλὴ τῶν πεντακοσίων, οἱ πεντακο-*

¹⁾ De duplici Hadriani in Urbem Athenas adventu conf. M. H. E. Meier. Comment. epigraph. II. p. 79 sq. et Zumptii Annal. vet. regn. et popul. ad a. 125 et ad a. 130.

²⁾ Corsin. F. A. T. IV. p. 171. Ahrens de statu Athen. polit. et litter. p. 15 sq. Leake, Topog. v. Athen' pluribus locis. Dio Cass. lib. 69. 16. edit. Reimar. ibique notas. Spartian. in vita Hadriani cap. 13 et 19.

³⁾ Pausan. I. 3. 2. I. 18. I. 20.

⁴⁾ F. A. T. IV. p. 168.

⁵⁾ Schoemann. Antiquitt. iur. publ. Græc. p. 211 sqq.

οἱ κύνες λαχόντες. Convenire Senatus quotidie in Curiam (βουλευτήριον) in Ceramico ad forum solebat. Sed quum molestum atque incommodum esset,¹⁾ quingentos quotidie homines multis diei horis in Curia teneri, interesset tamen rei publicae, nullo tempore, praesertim ad subita negotia, adesse quosdam, qui, quod res postularet, sine mora consulerent, tributim diviso senatu erat institutum, ut singulae senatorum tribus vicissim per decimam anni partem (erat autem annus vulgaris Atheniensium lunaris 354 dierum,) totis diebus considerent, ordo autem decem tribubus, quo singulae vicissim considerent, quotannis sorte assignaretur. Quinquaginta illi singularum decem tribuum Senatores, qui praesidebant negotiaque publica curabant, *πρυτανεῖς*, prytanes, dicebantur, tribus praesidentis imperium, quod 36 aut 35 dierum spatio definiebatur, *πρυτανεία*, Senaculum contribulium illorum senatorum *πρυτανεῖον* vocabatur ipsisque victus in prytaneo publice praebebatur. Ex his satis apparet,

¹⁾ Anonymus in argumento Demosth. Orat. c. Androktionem p. 589 (Ed. Didot. p. 307) ita: Ἐπειδὴ δὲ οὐ πρόκειται ἡμῖν περὶ τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλῆς ἀλλὰ περὶ τῆς τῶν πεντακκοσίων ἀναγκαῖον μαθεῖν ἡμᾶς πῶς ἦρχεν... ἔχει οὖν ὁ ἐνιαυτός κατὰ τὸν σεληνιακὸν δρόμον τριακοσίας πενήκοντα τέσσαρας ἡμέρας, καὶ τὰς μὲν τέσσαρας ἡμέρας ἐκάλουν οἱ Ἀθηναῖοι ἀρχαιρεσίας, ἐν αἷς ἀναρχος ἢ Ἀττικὴ ἦν. Ἐν ταύταις προεβάλλοντο τοὺς Ἀρχοντας. Ἦρχον οὖν οἱ πεντακκοσίοι τὰς τριακοσίας πενήκοντα ἡμέρας. Ἀλλ' ἐπειδὴ πολλοὶ ἦσαν καὶ δυσχερὲς ἦν τὰ πράγματα, διεῖλον ἑαυτοὺς εἰς δέκα μερίδας κατὰ τὰς φυλάς, ἀνὰ πενήκοντα, τοσοῦτους γὰρ ἐκάστη φυλὴ προεβάλλετο. ὥστε συνέβαινε τοὺς πενήκοντα ἄρχειν τῶν ἄλλων ἀνὰ τριάκοντα πέντε ἡμέρας. αὗται γὰρ αἱ τριάκοντα πέντε ἡμέραι εἰσὶ τὸ δέκατον μέρος τοῦ ἐνιαυτοῦ. δεκάκις γὰρ τριάκοντα τριακόσια, πεντάκις δέκα πενήκοντα. Ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν οἱ πενήκοντα πολλοὶ ἦσαν εἰς τὸ ἄρχειν ἕνα, οἱ δέκα κατὰ κλήρον, εἰς μίαν ἡμέραν τῶν ἐπὶ τῷ δέκατον μέρει τῶν ἄλλων ἀπὸ κλήρου ἦρχε τὴν ἑαυτοῦ ἡμέραν, ἄρχος οὐ πληρωθῶσιν αἱ ἐπὶ τῷ δέκατον μέρει μόνον ἦρχεν; ἐπειδὴ αὐτὸς τὰς κλείς τῆς Ἀκροπόλεως ἐπιστεύετο καὶ πάντα τὰ χρήματα τῆς πόλεως. Ἦν οὖν μὴ ἐράσθη τυραννίδος, διὰ τοῦτο μίαν ἡμέραν ἐποιοῦν αὐτὸν ἄρχειν. Ἰστέον δ' ὅτι οἱ μὲν πενήκοντα ἐκαλοῦντο πρυτάνεις, οἱ δὲ δέκα πρόεδροι, ὁ δὲ εἰς ἐπιστάτης.

Suidas s. v. *πρυτανεία*... *πρυτανεῖαι* δὲ, ὁ τῶν ἡμερῶν ἀριθμὸς, δέκα ἐγένοντο κατ' ἐνιαυτὸν, ὅτι καὶ δέκα αἱ φυλαί. ἐνιαυτὸν δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὸν σεληνιακὸν ἔγον' ἐπέβλεπε δὲ ἐκάστη φυλὴ τῶν ἐπὶ τῷ ἡμέρας, καὶ ἐπερίτευσεν ἐκ τοῦ σεληνιακοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέραι τέσσαρες, ὥς ἐπεμερίζον ταῖς πρώταις λαχούσαις πρυτανεῖν τέσσαροι φυλαί. καὶ τῶν μὲν τεσσάρων πρώτων ἐκάστη εἶχε τὴν πρυτανείαν ἀπαρτιζομένην εἰς λς' ἡμέρας· αἱ δὲ λοιπαὶ ε' ἀνὰ λς'. Πρυτανείας οὖν ἔστιν ἀριθμὸς ἡμερῶν ἦτοι λς' ἢ λς'. καὶ ἐκάστη φυλὴ πρυτανεῖν. κ. τ. λ. Id. s. v. *πρυτάνεις*.

Pollux VIII. sect. 95 sq. *πρυτάνεις*. οὗτοι τὴν βουλὴν συνάγουσιν ὁσήμεραι, πλὴν ἂν τις ἢ ἄφρων, τὸν δὲ δῆμον τετράκις ἐκάστης πρυτανείας· καὶ προγράφουσι πρὸ τῆς βουλῆς καὶ πρὸ τῆς ἐκκλησίας ὑπὲρ ὧν δεῖ χρηματίζειν. τῶν δ' ἐκκλησιῶν ἡ μὲν κυρία, ἐν ἧ τὰς ἀρχὰς ἐπιχειροτονοῦσιν, εἴπερ καλῶς ἄρχουσιν, ἢ ἀποχειροτονοῦσιν· ἐν ἧ καὶ τὰς εἰσαγγέλλας ὁ βουλευμένος εἰσαγγέλλει, καὶ τὰς ἀπογραφὰς τῶν δημονομένων ἀναγιγνώσκουσιν οἱ πρὸς ταῖς δίκαις, καὶ τὰς λήξεις τῶν κλήρων. ἡ δὲ δευτέρα ἐκκλησία ἀνέπαι ταῖς βουλευμένοις, ἰκετηρίαν δεμένοις, λέγειν ἀδεῶς περὶ τε τῶν ἰδίων καὶ τῶν δημοσίων· ἡ δὲ τρίτη κίρυξι καὶ πρεσβείαις ἀξιοὶ χρηματίζειν, οὗς δεῖ πρότερον τοῖς πρυτάνεσιν ἀποδοῦναι τὰ γράμματα, ἡ δὲ τετάρτη περὶ ἱερῶν καὶ ὁσίων. ἐπιστάτης δ' ἐστὶν εἰς τῶν πρυτανέων, ὁ κλήρων λαχόν· δις δ' οὐκ ἔξεστι γενέσθαι τὸν αὐτὸν ἐπιστάτην. ἔχει δὲ οὗτος τῶν ἱερῶν τὰς κλείς ἐν οἷς τὰ χρήματα καὶ τὰ γράμματα. καὶ διὰ οἱ πρυτάνεις τὸν δῆμον ἢ τὴν βουλὴν συνάγουσιν, οὗτος ἐξ ἐκάστης φυλῆς πρόεδρον ἕνα κληροῖ, μόνον τὴν πρυτανεύουσαν ἀφίει. Idem VIII. s. 115.

Photius s. v. *πρυτανεία*. Harpocration s. v. *πρυτανείας* et s. v. *πρυτάνεις*. Etymol. Mg. s. v. *πρυτάνεις*.

ordinem tribuum constantem illum et legitimum, de quo supra diximus, longe diversum fuisse a serie prytaniarum singularum tribuum, quippe quae quotannis sorte ducerentur.

Prytanes autem illi quinquaginta rursus in quinque decurias dividebantur, quarum singulae vicissim per septenos dies reliquis praesiderent, unde decem illi πρόεδροι dicti, ex quibus unus quotidie ἐπιστάτης, qui arcis et aerarii ac tabularii publici claves sigillumque civitatis custodiebat, praeerat. Dies cuiusque prytaniae in vulgaribus lunaribus 354 dierum annis erant 36 aut 35, et quidem 4 prytaniae 36 dierum, 6 prytaniae 35 dierum,¹⁾ in intercalatis autem 384 dierum annis prytaniae erant 39 aut 38 dierum, et quidem 4 prytaniae 39 dierum, 6 prytaniae 38 dierum. Additus porro prytanibus erat scriba, γραμματεὺς, quem tamen non necesse erat ex eadem cum illis tribu esse. Nonnunquam nomen eius, qui πρώτος ἐγραμμάτευε h. e. qui scriba primae prytaniae fuit, ad anni designationem in tabulis publicis ponebatur. Sed haec sufficiant de Senatu quingentorum Senatorum decem tribuum aetate.

Aucto deinde (Olymp. 118. 2.) tribuum numero additis ad veteres illas decem tribus Clistheneas duabus novis, Antigonide et Demetriade, ut iam duodecim essent tribus, auctus hinc etiam est Senatorum numerus, quinquagenis Senatoribus ex utraque tribu additis, ut universi essent sexcenti,²⁾ prytaniaeque duodecim menstruae;³⁾ neque dubium videtur, quin ad magistratus quoque eos omnes, qui tributim creari solebant, illa mutatio pertinuerit.

Hunc senatorum numerum eundem fuisse et institutis in Antigonidis et Demetriadis locum nova Erechtheide et nova Aegeide, et suffectis Ptolemaide et Attalide satis constat. Idem numerus senatorum mansit usque in Imperatorum Romanorum tempora; nam Claudii Imperatoris aetate⁴⁾ superfuit senatus sexcentorum;⁵⁾ at contra (causam, cur id factum sit, prorsus ignoramus,) quingentorum senatus habetur M. Aurelio⁶⁾ Imperatore usque ad Caracallam.⁷⁾ Unus titulus C. I. n. 406. v. 4. sexcentos habet, licet litterarum forma ad eandem fere aetatem nos deducat; sed hic, auctore Boeckhio, lacer est et a Fourmonto vitiose transcriptus. Post Claudium, atque, ut Boeckhius arbitratur, inde ab Hadriano, institutis tredecim tribubus, senatus ad pristinum quingentorum numerum, additis paucis (undequadraginta) praeterea aliis, redactus erat;⁸⁾ quod multi testantur tituli et ex Pausania⁹⁾ quoque

¹⁾ Maximi Planudae Schol. in Hermogen. (Rhet. graec. ed. Walz. T. V. p. 509.) edit. Ald. p. 400: δέκα δὲ οὐσῶν Ἀθήνησι φυλῶν ἐπρυτάνευον αἱ μὲν πρώται λαχούσαι φυλαὶ τέσσαρες ἀνὰ τριάκοντα ἑξ ἡμέρας, αἱ δὲ λοιπαὶ ἑξ ἀνὰ τριάκοντα πέντε.

²⁾ Plut. Demetr. 10.

³⁾ Stephan. Byz. s. v. Βερενικίδαι . . . ὅθεν καὶ τὴν βουλὴν πεντακοσίων οὖσαν ἑξακοσίων ἐποίησαν· ἑκάστη γὰρ φυλὴ πεντήκοντα εἶχεν, οἱ κατὰ μῆνα ἐπρυτάνευον. Pollux Onomast. VIII. s. 115. Dodwell. de cyclis. Diss. III. Sect. 38. p. 189.

⁴⁾ Regn. ab a. 41—54 p. Chr.

⁵⁾ Boeckh. C. I. n. 320. 361. 381. 480.

⁶⁾ Regn. ab a. 161—180 p. Chr.

⁷⁾ Regn. ab a. 211—217 p. Chr. Cf. Boeckh. C. I. n. 189 sqq. n. 190 cum Boeckhii nota p. 323, n. 353. 395. 397. 438, qui tituli omnes fere eius aetatis sunt.

⁸⁾ Boeckh. „Athenische Staatshaushaltung“ T. II. p. 342 edit. prim. Idem in Corp. Inscr. T. I. p. 323 ad n. 190. Ross. l. l. p. VII. extrem. Ahrens l. l. p. 29 sq.

⁹⁾ Fuit is Hadriani Imperatoris aequalis. Pausan. I. 5. 5.

colligitur.¹⁾ Postea cur auctus numerus sit, nescimus. Saeculo *tertio*, circa annum 270 p. Chr., Aureliano et Probo Impp., senatus iam fuit *septingentorum quinquaginta*,²⁾ quod novum prorsus, lectio tamen certissima est. Saeculo autem *quarto* senatum *trecentorum* fuisse Corp. Inscr. Gr. titulus n. 372 testatur, in qua sola inscriptione senatus trecentorum commemoratur; nec posthac probabile est vetus institutum esse revocatum.³⁾

Postquam exposuimus, quomodo factum sit, ut decem veteres tribus a Clisthene institutae ad duodecim et tredecim tribuum numerum auferentur, quemque locum unaquaeque diversis aetatibus in tribuum ordine obtinuerit, restat, ut pauca addam de demorum ex aliis tribubus in alias transpositionibus vel migrationibus, quas complures demos diversis aetatibus fecisse legimus.

Constat, quum initio singulae decem tribus Clistheneae denos complexae sint demos, temporis decursu non solum quosdam demos divulsos et in duas partes divisos aut prorsus novos demos aucto tribuum numero institutos esse, sed etiam demos ipsos non semper in iisdem, quibus initio attributi erant, tribubus mansisse, verum ex aliis in alias tribus diversis temporibus transpositos esse: id quod et veteres scriptores testantur et ex multis titulis cognosci licet.⁴⁾ Ex permagna illa migrationum demorum copia nonnulla saltem exempla proponere ab instituto nostro haud alienum videtur. Ex Harpocrate⁵⁾ discimus, Nicandrum Thyatirenum grammaticum in libro de demis scripsisse, tribui Aeantidi abreptos esse Aphidnaeos, Perrhidas, Titacidas, Thyrgonidas, et Thyrgonidas quidem, Demetrio Scepsio auctore, Ptolemaidi adiectos esse. Eodem tempore Aphidnaei in Leontidem, Perrhidae et Titacidae in Antiochidem transpositi videntur. Illud quoque iam monui, quum Ptolemais et deinceps Attalis instituerentur, probabile esse, in has tribus eos demos coniectos esse, qui fuerant Antigoniadis et Demetriadis. Alia transpositionum demorum exempla Boeckhii in C. I. ad n. 172 suppeditavit, comparatis veteribus titulis veterumque scriptorum testimoniis. Demus *Melite* Stephano Byzantio est Oeneidis, sed et grammatici et marmora recentiora Cecropidi tribuunt. *Phlya* Hesychio et lapide Romanae aetatis testibus est Ptolemaidis, Cecropidi tribuunt grammatici, optima tempora spectantes. *Cicynna* C. I. n. 172 Cecropidi vindicatur, postea fuerunt Acamantidis. Duplicium *Oenaeorum* Hippothoontidis et Aeantidis postea alteri fuerunt Attalidis, alteri Ptolemaidis. Cf. Ross. n. 103 et 104. pag. 130. *Besaei*, Inscr. n. 172, Harpocrate et Suida testibus, Antiochidis fuerunt; posteriori tempore (n. 275.) Hadrianidi tributi sunt. *Aphidnaei* apud Stephanum Byz. Leontidis sunt, in

¹⁾ Pausan. I. 3. 5: καὶ πλεῖστον τῶν πενταχοσίων καλουμένων βουλευτήριον, οὗ βουλευέουσιν ἐνιαυτὸν Ἀθηναῖοις. Accuratiore vide apud Boeckhium in C. I. T. I. p. 902.

²⁾ C. I. n. 380 cum Boeckhii adnotat.

³⁾ De numero senatorum consule Boeckh. C. I. n. 372. 380. 123. p. 165, col. 1. et inprimis pag. 902 ad n. 123. p. 165, a.

⁴⁾ Schoem. de comitiis Athen. p. 366 sq.

⁵⁾ s. v. *Θυργωνίδαι*. Ἰσαῖος ἐν τῇ πρὸς Νικοχλέα. Νικάνδρος ὁ Θυατειρηνὸς ἐν τῇ περὶ τῶν δῆμων, μετετέθησάν, φησιν, ἐξ Ἀιαντίδος Ἀφιδναῖοι, Περρήϊδοι, Τिताκίδαι, Θυργωνίδαι. φησὶ δὲ καὶ Δημήτριος ὁ Σκῆψιος ἐν δευτέρῳ Διακόσμου τῆς Πτολεμαίδος φυλῆς τὸν δῆμον εἶναι.

marmore recentiore (n. 275.) Hadrianidis. At primis temporibus eos fuisse Aeantidis Plutarchus Quaest. Symp. I. 10 docet, et in ea tribu eos marmor n. 172 ponit. *Tyrionidas* ex Aeantide in Ptolemaidem migrasse supra vidimus; ex qua eadem tribu *Perrhidae* et *Titacidae* in Antiochidem migraverunt. *Ileaei* a grammaticis dicuntur Acamantidis esse; in inscriptione n. 275 tamen sunt Antiochidis ut n. 172.

Haec transpositionum demorum exempla, quae ex Rossii conspectu demorum Atticae alphabetico p. 110 sqq. facili opera augeri possunt, hoc quidem loco sufficiant. Conspectum haud inutilem harum migrationum diversis tribuum aetatibus factarum proposuit Grotefendus in Pauly *Encyclopädie* T. I. p. 944 sqq. eumque repetiit C. Müllerus in *Fragm. Histor. graec.* Vol. II. p. 357 sq.

Iam pauca quaedam de *fontibus* et antiquitatis et recentiorum temporum dicenda sunt, ex quibus in conscribendo hoc libello hausi.

Ex iis scriptoribus antiquitatis, qui de demis Atticis scripserunt, primo loco nominandus videtur *Diodorus*, ὁ περιηγητής, ἐν τῷ περὶ δῆμων, ex quo libro multa excerpserit Harpocratio.¹⁾ Eum ante institutas duodecim tribus scripsisse ex eo intelligitur, quod Harpocratio aliique, quorum de demis Atticis notationes maximam partem ex Diodoro desumptae sunt, nunquam memorant Antigonidem, Demetriadem, Ptolemaidem, Attalidem. Dubium vix est, quin etiam reliqua, quae de demis Atticis apud grammaticos leguntur, magnam certe partem ex eodem fonte, vel ex Didymo grammatico, qui Diodori libro maxime usus est, deprompta sint.

Tum nominandus est *Nicanter* Thyatirenus, grammaticus,²⁾ cuius liber erat περὶ τῶν δῆμων, quem laudat Harpocratio.³⁾ Praeterea commemorandi sunt *Didymus*, grammaticus, saepe laudatus a Stephano Byz.,⁴⁾ et *Dionysius* ὁ τοῦ Τρυφῶνος, de quo vide eundem Stephanum et Harpocratem.⁵⁾ Alia ratio ac Diodori est *Plurynichi*, qui maxime novarum tribuum rationem habuit.⁶⁾ Addo *Polemonem* periegetam,⁷⁾ aequalem fere Eratosthenis, cuius liber erat ἀναγραφὴ τῶν ἐπωνύμων τῶν δῆμων καὶ φυλῶν.⁸⁾ Ex veteribus *Lexicographis* Harpocratio (cui maximam partem sua debent Suidas et Photius,) in iis, quae de demis Atticae deque eorum per tribus distributione memoriae prodidit, semper fontes sequitur duodecim tribuum institutione antiquiores, i. e. Diodorum Periegetam et Nicandrum Thyatirenum; nunquam enim Antigonidem, Demetriadem, Ptolemaidem, Attalidem commemorat; contra Hesychius, ex cuius libro Phavorinus saepe excerpserit, demorum statum, qualis fuit post Attalidem institutam, respicit. Stephanus Byz. diversi quidem temporis auctoribus usus est,

¹⁾ s. v. Θημαεὺς, Θοριχός, Ἐλαιεύς, Ἐρμος. Cf. C. Müller. in *Hist. graec. fragment.* T. II. p. 353 sq.

²⁾ Steph. Byz. s. v. Θανάτιρα.

³⁾ s. v. Τυργωνίδαι, Τιτακίδαι. Cf. C. Müller. I. I. Vol. IV. p. 462.

⁴⁾ s. v. Τριζόρουθον, Τρινεμεῖς, Χολαργός.

⁵⁾ Steph. Byz. s. v. Ὅα, Μυρβινοὺς, Ἀθήνη, Ἐλαιεύς. Harpocrat. s. v. Ἐρμος.

⁶⁾ Stephan. Byz. s. v. Ἀγνοὺς, Ἀθήνη, Θημαεὺς, Κυθωνίδαι. Cf. Meier. in Rossii libro de demis p. 120 ad n. 56.

⁷⁾ Steph. Byz. s. v. Ἀσδώνη.

⁸⁾ Accuratiora de eo lege apud L. Prellerum in edit. Polemonis. Müller. *Fragment. histor. graec.* Vol. III p. 117. 7.

sed Phrynichus, quem saepe laudat, idem quod Hesychius tempus spectat. Ergo si Hesychius aut Phrynichus in demi alicuius tribu a ceteris dissentiunt, recentiorem aetatem indicare putandi sunt. Scholiastae variis, prout iis licebat, fontibus usi sunt. Hadrianidem nemo ex his commemorat; itaque quomodo post eam institutam demi distributi fuerint, non nisi ex monumentis disci potest.¹⁾

Accedunt *Inscriptiones Graecae*, quarum largissima copia collecta atque illustrata exstat in Aug. Boeckhii, L. Rossii, M. H. E. Meieri, Rangabei, aliorum collectionibus.

Ex *recentioribus* de demis scriptoribus C. Sigonius primus demorum Atticae seriem constituere conatus est in libro, qui inscribitur: *de republica Atheniensium libri quatuor*. Bononiae. 1574. (Lib. I. cap. 2 et lib. II. cap. 2.). Felicius quidem, sed nondum satis critice in eodem argumento elaboraverunt Ioannes Meursius in libris *de populis Atticis* et *Reliqua Attica*²⁾ et Jacobus Spon in libro, qui inscribitur: *Jacob Spon et George Wheler voyage d'Italie, de Dalmatie, de Grèce et du Levant* (en 1675 et 1676). Inest *une Liste des 174 peuples de l'Attique*.

Seriem demorum Atticae ab his viris constitutam multis locis correctam illustratamque ordine alphabetico proposuit Eduardus Corsinus in libro egregio: *Fasti Attici*. Florentiae. 1744—1761. Tom. I. Dissert. V.

Post Corsinum multi alii Viri Docti operam in constituendo demorum conspectu posuerunt, ex quibus hos praecipuos h. l. laudare sufficiat. Sunt autem

J. Stuart et N. Revett, *Alterthümer von Athen. Aus dem Englischen übersetzt. (Mit Zusätzen von J. Ojann.) Darmstadt.* Vol. II. p. 205—312 et p. 697—702.

C. Odof. Müller. in Ersch. et Grub. *Encyclop. Halens.* T. VI. s. v. *Attika*. p. 228 sqq. Adiecta est tabula geograph. Atticae.

Aug. Boeckhius in annotationibus ad Corp. Inscript. Graec. Vol. I. Berol. 1828.

Antiquités helléniques ou Répertoire d'Inscriptions et d'autres antiquités etc. par A. Rizo Rangabé. Athènes. 1ère livraison. 1842. Vol. II. 1855, inprimis pag. 837 sqq. Chap. VIII. *Epitaphes Attiques, divisées par dèmes*.

C. L. Grotefend de demis s. pagis Atticae disquisitio. Gottingae. 1829. Idem in: Pauly, *Encyclopädie der classischen Alterthumswissenschaften*. Tom. I. p. 944 sqq. s. v. *Attika*.

W. M. Leake, *Die Demeu von Attika*. Aus dem Englischen übersetzt von A. Westermann. Braunschweig. 1840.

L. Ross, *Die Demeu von Attika und ihre Vertheilung unter die Phylen*. Herausgegeben von M. H. E. Meier. Halle. 1846.

Herm. Sauppe de demis urbanis Athenarum. *Wimariae*. 1846.

C. F. Hermann, *Griechische Staatsalterthümer*. Gottingae 1855. Ed. quarta. Append. quarta. pag. 577 sqq.

¹⁾ Cf. Ahrens l. l. p. 27. Grotefend. in *Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft* 1836. n. 129. p. 1040.

²⁾ In Ioa. Meursii Operibus ab Io. Lamio editis. Florent. 1741—1763.

C. Harriot Recherches sur la topographie des dèmes de l'Attique. Napoléon-Vendée. 1853. (Avec une carte de l'Attique ancienne et nouvelle.)

Postremo loco nominandus est liber a viro docto Graeco nuper editus, cuius titulus est: Ἀττικὰ ἢ περὶ δῆμων Ἀττικῆς, ἐν οἷς καὶ περὶ τινῶν μερῶν τοῦ ἄστεως. Ἐκδοσίς πρώτη. Ἐν Ἀθήναις. 1854. 8.

His in universum de tribubus demisque Atticae expositis sequitur, ut de singulis demis deque eorum per tribus distributione paulo accuratius disseramus.

Et primo quidem loco, facto a demis primae tribus, Erechtheidis, initio, de singulorum demorum nomine dicemus, deinde de nomine demotae, tum tribum indicabimus, cuius fuit demus eo tempore, quo *decem* erant tribus, i. e. a Clisthene usque ad Olymp. 118. 2, aut *duodecim* tribuum aetate, i. e. ab Olymp. 118. 2 usque ad Hadriani Imperatoris aetatem, aut eo denique tempore, quo *tredecim* fuerunt tribus. Postremo loco ea afferam, quae de situ demorum quum veterum scriptorum testimoniis constant, tum ex recentiorum temporum scriptoribus maximeque ex itinerariis cognosci aut indagari possunt. Accedet index eorum demorum, qui cuius tribus fuerint non constat.

Ordinem igitur, praemisso tribuum Atticarum earumque diversis aetatibus ordinis et demorum tribus Erechtheidis conspectu, a demis *Erechtheidis*, quae ex constanti legitimoque tribuum ordine primum obtinebat locum. Nomen haec tribus habuit ab Erechtheo, rege Atticae, ob insignem huius regis inter Athenienses nobilitatem, ut testatur Demosthenes in Epitaph. p. 1397. ... ἥδεσαν πάντες Ἐρεχθεῖδαι τὸν ἐπώνυμον αὐτῶν Ἐρεχθεύ, ἐνεκα τοῦ σῶσαι τὴν χώραν, τὰς αὐτοῦ παῖδας, ἃς Ἐκιντίδας καλοῦσιν, εἰς προὔπτον θάνατον δόντ' ἀναλῶσαι. Adde Pausan. I. 5. 2. Ipsae Athenae ob insignem Erechthei celebritatem *urbs Erechthei* ¹⁾ vocabantur et Athenienses *Ἐρεχθεῖδαι*. ²⁾

¹⁾ Hesych. s. v. δῆμον Ἐρεχθεῖδος τὰς Ἀθήνας περιγραφασίας. Hom. II. II. 546 sq.

²⁾ Pindar. Isthm. I. 2. 19. Sophocles. Ajax. 202.

Conspectus tribuum Atticarum

earumque diversis aetatibus ordinis.

Aetas XII tribuum.

Aetas X tribuum. ¹⁾	a. Aetas XII tribuum post institutam Antigonidem et Demetriadem. ²⁾	b. Aetas XII tribuum post institutam Ptolemaidem et Attalidem. ³⁾	Aetas XIII tribuum post institutam Hadrianidem. ⁴⁾
1. Erechtheis.	1. <i>Antigonis.</i>	1. Erechtheis.	1. Erechtheis.
2. Aegeis.	2. <i>Demetrias.</i>	2. Aegeis.	2. Aegeis.
3. Pandionis.	3. Erechtheis.	3. Pandionis.	3. Pandionis.
4. Leontis.	4. Aegeis.	4. Leontis.	4. Leontis.
5. Acamantis.	5. Pandionis.	5. <i>Ptolemais.</i>	5. <i>Ptolemais.</i>
6. Oeneis.	6. Leontis.	6. Acamantis.	6. Acamantis.
7. Cecropis.	7. Acamantis.	7. Oeneis.	7. <i>Hadrianis.</i>
8. Hippothoontis.	8. Oeneis.	8. Cecropis.	8. Oeneis.
9. Aiantis.	9. Cecropis.	9. Hippothoontis.	9. Cecropis.
10. Antiochis.	10. Hippothoontis.	10. Aiantis.	10. Hippothoontis.
	11. Aiantis.	11. Antiochis.	11. Aiantis.
	12. Antiochis.	12. <i>Attalis.</i>	12. Antiochis.
			13. <i>Attalis.</i>

¹⁾ Notus ille atque constans decem tribuum Clistheneorum ordo. Cf. Boeckh. C. I. n. 168—172 incl. n. 111. p. 153. et Ross. l. 1 n. 5.

²⁾ Cf. Inscriptt. apud Meier. (Commentt. epigraph. I et II) p. 18 sq. et p. 62. n. 3 et n. 63.

³⁾ Hunc ordinem fuisse demonstravit Corsinus F. A. T. I. p. 165.

⁴⁾ Cf. Boeckh. C. I. n. 275. p. 381 et n. 284. p. 393, ubi una tribus Pandionis deest, de qua vid. Boeckh. p. 395 supra. Ross. n. 7.

Tribus I: EPEXΘHΣ.

Δῆμος.	Δημότης.	Tribus aet. X tribuum.	Tribus aet. XII tribuum.	Tribus aet. XIII tribuum.
1. 2. Ἀργυλῇ { καθ' ὑπερθεν. ὑπέρκερθεν.	Ἀργυλέως. Ἀργυλῆθεν.	Erechtheis.	Attalis.	—
3. Ἀναγυροῦς.	Ἀναγυροῖσιος. Ἀναγυρουπόθεν.	Erechtheis.	Erechtheis.	Erechtheis.
4. Εὐώνυμον.	Εὐωνυμεύς.	Erechtheis.	Erechtheis.	Erechtheis. (?)
5. Θημακός.	Θημακεύς.	Erechtheis.	Ptolemais.	—
6. Κηδοί.	ἐκ Κηδών.	Erechtheis.	Erechtheis.	Erechtheis.
7. Κηφισιά.	Κηφισιεύς.	Erechtheis.	Erechtheis.	Erechtheis.
8. 9. Λαμπυραὶ { καθ' ὑπερθεν. ὑπέρκερθεν. s. παρόλλοι.	Λαμπυρέως.	Erechtheis.	Antigonis.	Erechtheis.
10. Παμβωτάδα.	Παμβωτάδης.	Erechtheis.	Erechtheis.	Erechtheis.
11. 12. Περγασὴ { καθ' ὑπερθεν. ὑπέρκερθεν.	Περγασεύς. Περγασῆθεν.	Erechtheis.	Erechtheis.	Erechtheis.
13. Σιβρίδα.	Σιβρίδης.	Erechtheis.	Erechtheis.	Erechtheis.
14. Φηγούς.	Φηγούσιος.	Erechtheis.	Erechtheis.	Erechtheis.
15. X. . . ?	X. . . ?	?	?	Erechtheis.

Demi Atticae per tribus distributi.

I.

Demi tribus Erechtheidis.

N. 1 et 2.

Ἀγροὺλῇ (Ἀγροαυλῇ, Ἀγροιλῇ,) { καὶ ὁ ἄλλος θεν.
ὁ ἐν ἐνερθεν.

I. Nomen demi, si Stephanum Byz. s. v. Ἀγροαυλῇ sequimur, repetendum est a Cecropis, Atticae regis, filia Agraulo s. Aglauro, cuius cultus Athenis fuit et antiquissimus et nobilissimus. Fama autem est, quum bello premerentur Athenienses expeditione ab Eumolpo contra Erechtheum suscepta, idque bellum diu duraret, responsum edidisse Apollinem, finem fore malorum, si quis se ipse pro republica interfecisset. Itaque Agraulum, Cecropis filiam, ultro neci se obtulisse et de muro praecipitavisse. Postea bello liberatos eius rei causa aedem ipsi exstruxisse circa vestibula arcis, atque ibi iurare solitos esse iuvenes in bellum exituros. Ita fere Scholiasta ad Demosth. orat. de falsa legat. §. 303. ¹⁾ Quam de Agraulo, heroina Atheniensi, narrationem si sequimur, facile erit ad explicandum, cur etiam demo Atticae ab ea nomen dederint Athenienses. Cf. Leakii topog. Athen. p. 194. n. 4. Sed alii alia de Agraulo narrant. Fuit igitur Agraulus una ex heroinis illis eponymis demorum Atticae, de quibus p. 6. diximus.

Nomen demi vario modo et Ἀγροὺλῇ et Ἀγροαυλῇ²⁾ in libris scriptum invenimus; exstant praeterea formae Ἀγροιλῇ, Ἀγροιλῆς, Ἀγροιλῆθεν. Formas Ἀγροὺλῇ et Ἀγροαυλῇ

¹⁾ Cf. Schol. Demosth. in Oratt. Attic. edit. Paris. Didot. Vol. II. p. 637. . . . Ἀγροαυλὸς καὶ Ἐρεχθεὺς καὶ Πάνδροσος θυγατέρες Κέκροπος, ὡς φησὶν ὁ Φιλόχορος. Ἀγροαυλὴ δὲ διὰ τὸν πόλεμον ἀπαλλαγέντος παρ' Ἀθηναίους, διὰ Εὐμόλπου ἐστράτευσεν κατὰ Ἐρεχθέως, καὶ μηχανομένου τούτου, ἐχρησεν ὁ Ἀπόλλων ἀπαλλαγῆσθαι, εἰάν τις ἀνέλῃ ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως. Ἡ τοίνυν Ἀγροαυλὸς ἐκούσα αὐτὴν ἐξέδωκεν εἰς θάνατον. Ἐδόκει γὰρ ἑαυτὴν ἐκ τοῦ τέλους. Εἰτα ἀπαλλαγέντες τοῦ πολέμου ἱερὸν ὑπὲρ τούτου ἐστήσαντο αὐτῇ παρὰ τὰ προπύλαια τῆς πόλεως καὶ ἐκείσε ᾠμῶν οἱ ἔφηβοι μέλλοντες ἐξίεναι εἰς πόλεμον.

²⁾ Vulgo scribebatur Ἀγροῦλῇ, Ἀγροαυλῇ, Ἀγροιλῇ et Ἀγροιλῆθεν, Ἀγροαυλῆθεν contra regulam Arcadii p. 109, 19: τὸ μέντοι Ἀγροὺλῇ καὶ Ἀγροαυλῇ ὀνόματα θήμων ὀξύνονται, et Apollonii Dyscoli de adverb. in Bekk. Anecd. p. 605. Adde Stephan. Byz. s. v. Ἀγροαυλῇ et C. Goettling. doctr. de accentu Graec. p. 149.

iam Stephanus Byz. exhibuit s. v. Ἀγραυλή, δῆμος Ἀθηνῶν¹⁾ τῆς Ἐρεχθίδος φυλῆς. τινὲς δὲ Ἀγραυλή γράφουσιν ἄνευ τοῦ αῦ, Ἀγραυλήθεν. θέλει δὲ τὸ αῦ ἀπὸ Ἀγραυλίου τῆς Κέκροπος θυγατρὸς. τρεῖς δὲ ἦσαν ἀπὸ τῶν αὐξόντων τοὺς καρποὺς ὠνομασμένοι, Πάνδροσος Ἔρση Ἀγραυλός. ἔστι δὲ καὶ πόλις Ἀθηναίων ἄποιος ἐν Σαρδοὶ ἀπὸ τοῦ δήμου κληθεῖσα Ἀγραυλή.²⁾ ὁ δημότης Ἀγραυλεύς, καὶ Ἀγραυλήθεν ἐκ τόπου, εἰς τόπον Ἀγραυλήνδε. δέχεται δὲ δύο τύπους.³⁾ καὶ ἐν τῷ Ἀγραυλήσι. Bachmann. Anecd. Graec. T. I. p. 26 Ἀγραυλή, δῆμος Ἐρεχθίδος. Suidas et Zonaras praeterea formas exhibent Ἀγραυλή, Ἀγραυλήθεν, Ἀγραυλεύς. Suidas s. v. Ἀγραυλήθεν. Ἀγραυλή δῆμος ἐστὶ φυλῆς τῆς Ἐρεχθίδος, ὁ δὲ δημότης πάλαι ἐλέγτο Ἀγραυλεύς. Zonar. Lex. ed. Tittmann. p. 28: Ἀγραυλή δῆμος ἐστὶ φυλῆς τῆς Ἐρεχθίδος. Cod. K. addit: ὁ δὲ δημότης πάλαι ἐλέγτο Ἀγραυλεύς. Idem s. v. Ἀγραυλήθεν pag. 19. Atque etiam in plerisque libris Harpocratonis s. v. Ἀγραυλή, δῆμος τῆς Ἐρεχθίδος φυλῆς. ὁ δημότης Ἀγραυλεύς, καὶ ἐπιρῶμα τοπικὸν Ἀγραυλήθεν, scribi Ἀγραυλή, Ἀγραυλεύς et Ἀγραυλήθεν, diphthongo οῖ etiam in paucis (A. K. M. P. Q.), qui ὤ habent, adscripta, cognosci licet ex Guil. Dindorfii rec. Harpocratonis Oxon. 1853. T. I. p. 7. Quare in Harpocrate lectionem antiquam non interpolaverimus, utpote quae etiam a Suida et Zonara retenta sit. Forma Ὀγραυλή exstat apud Pausan. X. 17. 5. De vera nominis scriptura satis constat inscriptionum⁴⁾ fide et Stephani Byz. testimonio, qui non solum Ἀγραυλή, sed etiam Ἀγραυλή dictum tradit ἀπὸ Ἀγραυλίου τῆς Κέκροπος θυγατρὸς.

Hunc demum duplicem fuisse iam ex Harpocrate s. v. Ἀρδηττος conici licet, sed nunc diserte testantur inscriptio n. 2 apud Rossium et n. 1 ex probabili Rossii coniectura. Distinctionis causa a situ altera Agryle vocabatur καθύπερθεν, altera ὑπένεργθεν, id est Agrylenses supernates s. superiores et Agrylenses infernates s. inferiores.⁵⁾ Sed neque in monumentis sepulchralibus neque in ipsis aliis generis titulis, ut in decretis et nominum indicibus publicis, in demis duplicibus nomini demotico addi solet, utrum civis ex superiori an ex inferiori demo fuerit. Id quod tantummodo adicitur, quum singuli tribus alicuius demi citantur, ut in inscriptionibus apud Ross. n. 1 — 3 videre licet.⁶⁾

II. Nomen demoticum fuit Ἀγραυλεύς, Ἀγραυλή, Ἀγραυλήθεν et Ἀγραυλήθεν. Ἀγραυλεύς est apud Stephanum Byz. l. l. Harpocratonem l. l., in Bekkeri Anecd. I. 332 s. v. Ἀγραυλήθεν. Ἀγραυλή δῆμος ἐστὶ φυλῆς τῆς Ἐρεχθίδος. ὁ δὲ δημότης πάλαι ἐλέγτο Ἀγραυλεύς. Contracta forma num. plur. Ἀγραυλῆς exstat apud Ross. n. 2. l. 3 iuxta solutam Ἀγραυλῆς. Forma demotici Ἀγραυλεύς est apud Suidam et Zonaram. Demoticum Ἀγραυ-

¹⁾ Verba δῆμος Ἀθηνῶν quomodo intelligenda sint, infra explicabimus pag. 27. not. 3.

²⁾ Pausan. X. 17. 5.

³⁾ Admonitionem hanc importuno loco repetitam spectare ad duplicem formam Ἀγραυλή et Ἀγραυλή, bene monuit Meinekius.

⁴⁾ Cf. Boeckh. C. I., Inserr. naval. et Ross. Die Dement.

⁵⁾ Plin. H. nat. III. cap. 12. 106 habet: Carentini supernates et infernates. De sensu vocum καθύπερθεν et ὑπένεργθεν dixit G. Bernhadius ad Dionys. Perieget. p. 630 sq.

⁶⁾ Cf. Ross. p. 52. n. (2 et 3) Ἀγραυλή.

ληθεν exstat apud Plutarch. Themist. 23. Alcibiad. 22.¹⁾ Ἀγροιλῆθεν habent Suidas, Zonaras et Cod. Vratilav. Harpocratonis p. XLIV ed. Lips. Ἀγροιλῆθεν retinent Corp. Inscr. n. 293. n. 160, lin. 2. Inscr. naval. XIV. c. 30. Ross. n. 14. B. lin. 9. n. 26—28. Rangabé Vol. II. n. 1332—1334.

III. Tribus *Erechtheidis* fuisse Agrylenses testantur Harpocratio, Stephanus Byz., Suidas, Zonaras, Bekk. Anecd. locis supra allatis. Accedunt hi tituli: apud Ross. n. 2 (aet. 10 tribb.). C. I. n. 293 cum adnotat. Boeckhii.

At Hesychius et Phayorinus s. v. Ἀγρυλή, δῆμος τῆς Ἐρεχθίδος φυλῆς καὶ τῆς Ἀτταλίδος, ²⁾ Agrylen etiam *Attalidi* adscribunt, ut hic demus instituta Attalide ex Erechtheide in Attalidem migrasse censendus sit. Hunc locum utrum inde ab eo tempore semper tenuerit, nec ne, memoriae non est proditum.

IV. Situs demi cognoscitur ex Harpocratiōe s. v. Ἀρδηττος . . . τόπος Ἀθήνησιν ³⁾ ὑπὲρ τὸ στάδιον τὸ Παναθηναϊκόν, πρὸς τῷ δήμῳ τῷ ⁴⁾ ὑπένεσθαι Ἀγρυλέων, et ex Hesychio s. v. Ἀρδηττος . . . τόπος περὶ τὸν Ἰλισσόν, ἐγγὺς τοῦ Παναθηναϊκοῦ σταδίου z. t. λ. Unde efficitur, demum Agrylen in *Acte* prope Urbem situm fuisse supra stadium Panathenaicum in sinistra Ilissi ripa, et superiores quidem Agrylenses infra monasterium St. Syriani (quod etiam Sergiani scribitur teste Grevero, *Reise in Griechenland* p. 110.) usque ad pedem Hymetti pertinuisse videntur, inferiores usque ad Agram s. Agras, suburbium ad Ilissum. Cf. Leake *Die Demeu* p. 23; *Topographie von Athen* p. 204 et tabulas geographicas Atticae Leakii et Hanrioti (*Recherches sur la topogr. des demes etc.*); sed apud Hanriotum errore typographico Agryle ὑπένεσθαι et Ag. καθύπεσθαι locos commutaverunt.

N. 3.

Ἀναγυροῦς.

I. Nomen demi Ἀναγυροῦς exhibent Harpocratio s. v. Ἀναγυράσιος· Ἀισχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος· δῆμος ἐστὶν Ἀναγυροῦς τῆς Ἐρεχθίδος φυλῆς, ἐνθεν ὁ δημότης Ἀναγυράσιος. Stephanus Byz. s. v. Ἀναγυροῦς, δῆμος Ἐρεχθίδος φυλῆς· ὁ δημότης Ἀναγυροντιόθεν ὁμοίως τῇ ἐκ τόπου . . . λέγεται καὶ Ἀναγυράσιος z. t. λ.

¹⁾ De accentu cf. Apollonium Alexand. de adverbis in Bekk. Anecd. p. 605.

²⁾ Hesychius s. v. Ἀγροιλῆ· δῆμος Ἀττικῆς, ubi Palmerius, alii, correxerunt Ἀγρυλή, recte quidem, sed Hesychio invito. Vide editionem Hesychii a Maur. Schmidt Jenae editam.

³⁾ Hoc loco monendum est, verba Ἀθήνησι, ἐν Ἀθήναις hoc et similibus veterum scriptorum locis non Urbem ipsam, sed regionem plerumque Urbi subiectam vel Atticam ipsam significare. Graecis enim scriptoribus commune esse solet, ut, quum locum aliquem, qui certe non intra Urbis moenia, sed in Attica potius sive Atheniensi ditione erat, memorent, illum Ἀθήνησι vel ἐν Ἀθήναις fuisse dicant, perinde ac si Atheniensis Urbis moenibus ille contineretur. Itaque Stephanus Byz. Agrauleν δῆμον Ἀθήνησι, Suidas Marathonem τόπον Ἀθήνησι, Hesychius Lamptras δῆμον Ἀθήνησι, Euprydas δῆμον καὶ τόπον Ἀθήνησι vocat. Similiter apud Man. Moschopulum Pergase δῆμος ἐν Ἀθήναις est, et Suidas s. v. δῆμαρχος scribit: ἐκάστου δῆμου τῶν ἐν Ἀθήναις ὁ κατάρχων δῆμαρχος ἐλέγειο. Corsia. F. Att. Diss. V. p. 209. 217. Leake *Die Demeu* p. 21. Krüger *Leben des Thukydides* p. 91. not. 6.

⁴⁾ Rossius p. 4. n. 2 legendum suspicatur τῶν. Sed vide Sauppium I. I. p. 21.

Hunc demum nomen accepisse memoriae proditum est ab uno ex centum illis heroibus eponymis demorum Atticae, Anagyro, quem vicinorum aedes evertisse narrabant, quod fanum suum violare aggressi essent. De eo haec Suidas s. v. Ἀναγυράσιος. δῆμος ἐστὶν Ἀναγυροῦς τῆς Ἐρεχθίδος φυλῆς, ἧς ὁ δημότης Ἀναγυράσιος. καὶ Ἀναγυράσιος δαίμων. καὶ τέμενος Ἀναγύρου ἐν τῇ δήμῳ τῶν Ἀναγυρασίων. Ἀναγυράσιος δαίμων, ἐπεὶ τὸν παροικοῦντα πρεσβύτερον καὶ ἐκτέμνοντα τὸ ἄλσος ἐτιμωρήσατο Ἀνάγυρος ἥρωος. (Ἀναγυράσιοι δὲ δῆμος τῆς Ἀττικῆς. τοῦτου δὲ τις ἐξέκοψε τὸ ἄλσος.) ὁ δὲ τῷ νύμφῳ αὐτοῦ ἐπέμνηε τὴν παλλακὴν, ἧτις μὴ δυναμένη συμπεῖσαι τὸν παῖδα, διέβαλεν ὡς ἀσελγῇ τῇ πατρί. ὁ δὲ ἐπῆρωσεν αὐτὸν καὶ ἐγκατωκοδόμησεν. ἐπὶ τοῖσι καὶ ὁ πατὴρ αὐτὸν ἀνήρτησεν, ἥ δὲ παλλακὴ εἰς φρέαρ αὐτὴν ἐξόρυσεν. ἱστορεῖ δὲ Ἰερώνυμος ἐν τῇ περὶ Τραγωδιοποιῶν, ἀπεικάζων τοῖσι τὸν Εὐριπίδου Φοῖνικα. 1) Proverb. Cod. Coislin. 30. Ἀναγυράσιος δαίμων. ὅταν χαλεπὴ τις τύχη καὶ πονηρὰ δυστυχία κατασεύῃ πᾶσαν οἰκίαν ἀλλεπαλλήλοις δεινοῖς, ἡ παροιμία λέγεται. Φασὶ γὰρ γενέσθαι τινὰ γεωργὸν ἐν τῇ Ἀναγυρασίῳ δήμῳ, αἰτίαν ἔχοντα ἐξυβρίξειν εἰς τὸν πλησίον ἰδρυμένον βωμόν. διὸ συμφοραῖς τὸν ἀνθρώπον δειναῖς περιπεσεῖν. πρῶτον μὲν γὰρ ἀπέλαβε τὴν γυναῖκα, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖς ἐγγόνει. εἴτα τὸν υἱὸν ἐπῆρωσε διαβολῇ πλαστῇ τῆς μητροῦς χρησάμενος. καὶ λαβὼν αὐτὸν ἀνεβίβασεν εἰς πλοιάμιον, καὶ εἰς λυπρὸν ἐξέδηκε νησιδίον. εἴτα ὀνειδὶ κατεχόμενος, αὐτὸς τε καὶ ἡ γυνὴ κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν, αὐτὸς μὲν συγκαίσας αὐτὸν μετὰ πάντων τῶν κτημάτων ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ πῦρ ὑποβαλὼν ἐκαέθη. ἡ δὲ γυνὴ εἰς φρέαρ αὐτὴν ἐξόρυσεν.

Proverbia e Cod. Bodleiano 56: Ἀνάγυρον κινεῖν. παροιμία κινήσω τὸν Ἀνάγυρον ἐπὶ τῶν κινούντων τινὰ ἐπὶ κακῇ αὐτῶν. Ἀνάγυρος γὰρ Κοῆς ἐπιχώριος τοὺς γειτονοῦντας ἐκ βάθρων ἀνέστρεψεν, ἐπειδὴ τὸ ἥρπον αὐτοῦ ὑβρίσαι ἐπεχείρησαν.

Zenob. proverb. II. 55: Ἀνάγυρον κινεῖν. ἐστὶ ὁ Ἀνάγυρος δῆμος Ἀττικὸς, ἐνθα δυσώδεις φυτὸν φέεται, οὕτω καλούμενον ἀνάγυρος. Εἴρηται οὖν ἡ παροιμία ἐντεῦθεν ἐπὶ τῶν κινούντων τινὰ ἐπὶ κακῇ αὐτῶν. — Τινὲς δὲ λέγουσιν, ὅτι Ἀνάγυρος ἥρωος γέγονε, ὅστις τοὺς οἴκους τῶν γειτονοῦντων αὐτῷ ἐκ βάθρων ἀνέστρεψεν, ἐπειδὴ τὸ ἥρπον αὐτοῦ ὑβρίσαι ἐπεχείρησαν. Diogenian. I. 25: Ἀνάγυρον κινεῖς. ἐπὶ τῶν κινούντων τινὰ ἐπὶ τῶν αὐτῶν κακῶν. Ἀνάγυρος γὰρ τις ἥρωος ἐπιχώριος τοὺς γειτονοῦντας ἐκ βάθρων ἀνέστρεψεν, ἐπειδὴ τὸ ἥρπον αὐτοῦ ὑβρίσαι ἐπεχείρησαν. Cf. III. 31. Schol. Aristophan. Lysist. 67 ad Ἀναγυροντόθεν adnotat: δῆμος τις Ἀττικῆς, ἀπὸ Ἀναγύρου ἥρωος.

Verior sine dubio nominis demi derivatio repetenda erit ab herba illa foetida ἀνάγυρις s. ἀνάγυρος (anagyris foetida Linnaei), copiose in hac regione Atticae crescente, id quod de aliorum quoque demorum nominibus supra pag. 6 indicavimus.

Sed audiamus Suidam s. v. Ἀνάγυρος. δῆμος τῆς Ἀττικῆς. καὶ ἄνθος, ὃ τριβόμενον ὄζει. καὶ παροιμία ἐντεῦθεν. κινεῖς τὸν ἀνάγυρον. ἐπὶ τῶν ἐπισπωμένων αὐτοῖς τὰ κακὰ. ἐστὶ δὲ τὸ φυτὸν ὃ ἀνάγυρος ἀλεξικάκον καὶ δυσώδες. οἱ δὲ ὀνόγυρον αὐτὸ φασιν. Proverb. Cod. Coislin. 31. Ἀνάγυρος. δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἐνθα ἦν βορβορώδης τόπος κἀντεῦθεν δυσώδης, ὃς κινούμενος πολλὴν ἐποίει τὴν δυσωδίαν. Ἐντεῦθεν ἐπεκράτησε καὶ παροιμία, κινεῖς τὸν ἀνάγυρον, ἐπὶ τῶν αὐτοῖς ἐπικινούντων κακὰ. Ἐνιοὶ δὲ ἀπὸ ἀναγύρου λοχμώδους φυτοῦ ἀλεξικάκον

1) Comoedia Ἀνάγυρος fuit Aristophanis et Diphili. Meinek. Comic. Graec. frag. T. I. p. 452.

ὄντος, ὁ τριβόμενον ὄζει καὶ δυσωδίαν ἐπιφέρει τὸν τοῦτο τριβόμενον. κ. τ. λ. Lexic. Seguer. in Anecd. Bekk. T. I. p. 210. 3. Ἀναγυράσιος· ὁ Ἀναγυροῦς δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἐνθα καὶ φυτόν φέρεται δυσωδὲς ὁ ἀνάγυρος, ἐφ' οὗ λέγεται μὴ κινεῖν τὸν ἀνάγυρον. Cf. Aristoph. Lysist. v. 68. Hesych. s. v. Ἀναγυράσιος. δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἐνθα καὶ φυτόν δυσωδὲς φέρεται ἀνάγυρος· καὶ παροιμία· κινήσω τὸν ἀνάγυρον, διὰ τὸ δυσωδὲς φυτόν αὐτόθι φέρεσθαι.

Idem de origine nominis demi suspicatus est I. Stuartus, *Alterthümer von Athen* T. II. p. 207. Cuius sententiae accedit Surmeles, *Ἀττικὰ ἢ περὶ δῆμων Ἀττικῆς* p. 47: παρὰ τὸν τόπον τοῦτον πρὸς τὰς ἐσχάτας τοῦ Ἰμμητιοῦ φέρεται πολλὸς ὁ λεγόμενος φλόμος, ὃν κατ' ἔτος σχεδὸν πρὸ τῆς Ἐπαναστάσεως ἡ πόλις κατέκοιτε καὶ ἐξερίζον, διότι ἐβλαπτε τὸν ὑγιεινὸν ἀέρα, καὶ αἱ ἐκ τοῦ Ἰμμητιοῦ πνέονσαι αἰῶραι κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος προσέβαλον τὴν ὑγίαν τῶν κατοίκων.

II. Nomen demoticum est Ἀναγυράσιος; sed Stephanus Byz. l. l. etiam formam Ἀναγυροῦντόθεν affert.

Anagyrasii occurrunt apud Herodot. VIII. 93. Demosth. de Coron. p. 250, 75. p. 282, 164. Lys. c. Agorat. §. 73. Strab. IX. p. 398 Casaub. Pausan. I. 31. 1; in Inscr. naval. I. a. 1 cum Boeckhii adnotat. IV. f. 66. g. 84. VII. b. 13. X. b. 73. e. 125. XII. 6. XIII. c. 61. XIV. d. 34. 125. 200. XVII. c. 154; in Corp. Inscript. Boeckhii et apud Rossium plurimis locis, qui infra indicabuntur.

III. Anagyrasii tribui *Erechtheidi* adnumerantur ab Harpocrate, Stephano Byz., Suida s. v. Ἀναγυράσιος (locis supra allatis) et a Phavorino s. v. Ἀναγυράσιος, *Ἀλσίνης ἐν τῇ κατὰ Κτησιφῶντος*,¹⁾ δῆμος ἐστὶν Ἀναγυροῦς τῆς Ἐρεχθίδος φυλῆς, ἐνθεν ὁ δημότης Ἀναγυράσιος. ἢ Ἀναγυροῦς δῆμος Ἀιαντίδος, ἀφ' οὗ Ἀναγυράσιος. Generaliter δῆμος τῆς Ἀττικῆς sive δῆμος Ἀττικὸς Anagyrus vocatur ab Hesychio, Suida s. v. Ἀνάγυρος, Zenobio, in Bekk. Anecd. In Inscriptionibus *Erechtheidi* adscribuntur Anagyrasii apud Rossium n. 2 et n. 5 (aet. 10 tribb.), n. 6 (aet. 12 tribb.), n. 8 (aet. 13 tribb.); apud Boeckhium in C. I. n. 200 (aet. Imp. Rom.), n. 217. n. 196. b. in Add. p. 908. n. 293. n. 111 (aet. XII. tribb.) cum Boeckhii adnotat. p. 153.

Ex allatis titulis apparet, quaque tribuum Atticarum aetate Anagyrasios *Erechtheidi* adscriptos fuisse. Cum certissimorum horum titulorum auctoritate veterumque scriptorum testimoniis quomodo conciliari possit Scholiasta Platon. Theag.²⁾ et eiusdem generis notitia apud Phavorinum l. l., quorum alter Anagyrasios *Aeantidi* attribuit, alter *Erechtheidi* aut *Aeantidi*, equidem non video.

IV. Situs demi, qui apud Pausaniam I. 31. 1 in numero *parvorum* demorum Atticae est, apparet ex Strabone, qui (IX. p. 398. 21.) Anagyrasios in *Paralia* Atticae hoc demorum ordine recenset: μετὰ δὲ τὸν Πειραιᾶ Φαληρεῖς δῆμος ἐν τῇ ἐφεξῆς Παραλίᾳ· εἰθ' Ἀλμουῖοι, Αἰζωνεῖς, Ἀλαιεῖς οἱ Αἰζωνικοί, Ἀναγυράσιοι. εἰτα Θοραιεῖς, Λαμπρεῖς, Αἰγίλιεῖς,

¹⁾ §. 115.

²⁾ p. 127 Steph. Bekk. Vol. X. p. 384: Ἀναγυροῦς, δῆμος Ἀιαντίδος, ἀφ' οὗ Ἀναγυράσιοι.

Ἀναγλύστοι, Ἀγηνεῖς. οὗτοι μὲν οἱ μέχρι τῆς ἄκρας τοῦ Σοννίου. Situs igitur fuit Anagyrus ad mare in occidentali Atticae parte, cui Paraliae nomen fuit, inter demum Halas Aexonicas et Thoras ad Hymettum *Ἀνδορον*¹⁾, prope vicum, qui nunc vocatur *Vari*. Stuartus T. II. p. 208 putat esse hodiernum *Agyra*²⁾ inter Hassani et Vari. Idem censuit C. Odof. Müller. Consule eius tabulam geographicam Atticae in Ersch. et Grub. Encyclop. T. VI, eiusdemque tabulam Graeciae superioris qualis tempore belli Peloponnesiaci ineuntis fuit, et Leakii tabulam geogr. Atticae in libro, qui inscribitur *Die Deme von Attika*. Locus multis cuiusque generis monumentis insignis est. Dodwell, *Tour through Grece*. London. 1819. T. I. p. 548. Leake p. 49. Fanum ibi erat Matris Deorum. Pausan. I. 31. 1. Titulos privatos Anagyrasiorum vide apud Boeckh. n. 800. b. n. 582—585.

N. 4.

Εὐώννυμον (Εὐώννυμος, Εὐωνυμία).

I. Demi nomen *Εὐώννυμον* invenitur in Inscriptione apud Rossium n. 1. A. lin. 8 et apud Hesychium s. v. *Εὐώννυμον*. ἀριστερόν. καὶ δῆμος φυλῆς τῆς Ἐρεχθίδος. Forma *Εὐώννυμος* et *Εὐωνυμία* legitur apud Stephanum Byz. s. v. *Εὐωνυμία*, πόλις Καρίας. τὸ ἐθνικὸν *Εὐωνυμῆς*. ἔστι καὶ δῆμος Ἀθηναίων. ἀπὸ *Εὐωνύμου* τοῦ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ ἢ Κρητισσοῦ. ὁ δημότης *Εὐωνυμῆς*. τὰ τοπικά ἐξ *Εὐωνυμῆων*. λέγεται καὶ ὁ δῆμος *Εὐώννυμος*.

Hunc demum nomen duxisse ab heroe Attico Euonymo, Terrae et Coeli aut Cephissi filio, testatur Stephanus Byz. l. l. Idem Stephanus Euonymum Cephisi filium dicit s. v. *Αὐλῆς*. ... βέλτιον ἀπὸ τῆς Αὐλίδος τῆς *Εὐωνύμου* τοῦ Κρητισσοῦ. Accedit igitur Euonymus heroibus eponymis demorum Atticae a Sauppio p. 6 laudatis.

II. Nomen demoticum vulgo est *Εὐωνυμῆς*. Exstat in epigrammate Anacreontis Anthol. Palat. VI. n. 346. v. 3: *Εὐωνυμῆων ἐνὶ δήμῳ*. Aeschin. c. Timarch. §. 53. Demosth. in Mid. p. 581. n. 208. Stephan. Byz. l. l. In Boeckhii Corp. Inscr. n. 150. A. lin. 2. n. 200. lin. 19. N. 293 ter. n. 196. b. in Addend. p. 908. lin. 3. n. 147. lin. 36. n. 142. lin. 37. n. 144. lin. 11. n. 272. B. lin. 16. n. 412. — Inscr. naval. IV. h. 36. VII. b. 35. X. c. 145. e. 56. XIV. c. 60. 149. 150. d. 43. XVII. b. 150. Adde Ross. n. 82 et 83. — C. I. n. 633—637. Forma contracta *Εὐωνυμῆς* exstat apud Ross. n. 2. lin. 12, forma soluta *Εὐωνυμῆες* n. 5. lin. 10.

Sed exstat etiam forma demotici *Εὐώννυμος*, quam tuentur Harpocratio s. v. *Εὐώννυμοι*. Ἀνσίς ἐν τῇ κατὰ Φιλοκράτους. δῆμός ἐστι τῆς Ἐρεχθίδος, ὥς φησι Διόδωρος; Stephanus Byz. s. v. *Βέννα*, quem locum ex emendatione Meinekii totum apponere libet. *Βέννα*, μία φυλὴ τῶν ἐν Ἐφέσῳ πέντε, ἧς οἱ φυλῆται *Βενναῖοι*, ὥς ἔφορος. ὅτι Ἀνδροκλος ὁ κτίσας Ἐφεσον. οὗτος Πριηνεῦσι βοηθήσας ἐτελεύτησε καὶ οἱ πολλοὶ Ἐφέσιοι σὺν αὐτῷ. οἱ οὖν καταλειφθέντες Ἐφέσιοι ἐστασίασαν κατὰ τῶν Ἀνδροκλου παιδῶν, καὶ βουλόμενοι βοηθειαν ἔχειν πρὸς αὐτοὺς ἐκ Τέω καὶ Καρήνης ἀποίκους ἔλαβον, ἀφ' ὧν ἐν Ἐφέσῳ δύο φυλαὶ τῶν πέντε τὰς *εὐωνυμίας*

¹⁾ Surmeles l. l. p. 47 infra.

²⁾ Hanc linguae Graecae vulgaris formam explicat. Hanriot. l. l. pag. 64. not. 74.

ἔχουσιν· οἱ μὲν γὰρ ἐν Βέννῃ Βέννατοι, οἱ δ' ἐν Εὐωνύμῳ τῆς Ἀττικῆς Εὐώνυμοι, οὓς δ' ἐξ ἀρχῆς ἐν Ἐρέσφ' κατέλαβον Ἐρεσίους φασί, τοὺς δ' ὕστερον ἐπὶ ἡλυδας Τηίους καὶ Καρηναίους ἀποκαλοῦσιν. Ex quo Stephani Byz. (qui Ephorum testem citat,) loco probabile fit, Androclum, Codri filium, quum in Asiam ex Attica emigraret Ephesumque conderet, ex Atticae demo Euonymo viros secum duxisse, unde una ex quinque tribubus Ephesiis nomen traxerit. Phavorinus s. v. Εὐώνυμοι, δῆμός ἐστι τῆς Ἐρεχθίδος, ὥς φησι Θεόδωρος, ubi legendum videtur Διόδωρος. Vide Harpocrat. l. l.

III. Demus Euonymon *Erechtheidi* adscribitur ab Harpocrate, Hesychio, Phavorino; demus *Atticae* vocatur a Stephano Byz. s. v. Εὐωνυμία et Βέννα. Pariter *Erechtheidi* attribuitur in Boeckhii C. I. n. 150 (aet. 10 tribb.) cum nota Boeckhii p. 234. n. 200 (aet. Imperatt. Rom.). n. 293. n. 196. b. in Addend. p. 908. Inscr. naval. X. c. 145. Ross. n. 2 et n. 5 (aet. 10 tribb.), n. 1 (aet. 12? tribb.).

IV. De situ demi nihil constat; attamen ex quibusdam notitiis, quae apud Stephanum Byz. locis supra allatis sunt, facile suspiceris, hunc demum prope Cephissum flumen fuisse, quae est A. Westermanni apud Leake de demis p. 226. not. 53 et Rangabei, *Antiquités helléniques* Vol. I. p. 225 satis probabilis coniectura.

N. 5.

Θημακός.

I. Nomen demi *Θημακός* tuentur Harpocratio s. v. *Θημακέως*. *Ἀνδοκίδης ἐν τῷ περὶ Μυστηρίων.*¹⁾ δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Ἐρεχθίδος *Θημακός*, ὥς φησι Διόδωρος ὁ περιηγητὴς ἐν τῷ περὶ τῶν δέμων. Stephanus Byz. s. v. *Θημακός*,²⁾ δῆμος τῆς Ἐρεχθίδος φυλῆς, ὥς δὲ Φρόνυχος τῆς Πτολεμαίδος. ὁ δημότης *Θημακέως*. τὸ τοπικὸν *Θημακόθεν* *Θημακόνδε* *Θημακοῦ*; Photius s. v. *Θημακέως*. δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Ἐρεχθίδος ὁ *Θημακός*. Id. s. v. *Θημακός* (sic!), δῆμος Ἐρεχθίδος. Suidas s. v. *Θημακέως*. δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Ἐρεχθίδος *Θημακός*. Etymol. Mg. s. v. *Θημακέως*. δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Ἐρεχθίδος *Θημακός*.

II. Nomen demoticum *Θημακέως* est apud Andocidem de myster. §. 17, Harpocratem, Stephanum Byz., Photium, Etymol. Mg., Suidam. Exstat in Boeckh. Inscr. naval. XVII. c. 95; Corp. Inscr. n. 638—640 in monumentis privatis. Rangabé, Vol. II. p. 856. 811. n. 1280. v. 18. Meier. Comment. epigr. II. n. 62. a. lin. 38. p. 59; apud Ross. n. 84. p. 71. Eiusdem Rossii restitutio nominis *Θημακέως* n. 1. C. lin. 7. p. 13. proposita nimis incerta est, quam ut eam h. l. adhibere possimus. Quare etiam Rossii coniecturam, demum Themacum aliquando Antigoni fuisse, silentio praetereo.

III. Demus Themacus *Erechtheidis* fuit teste Harpocrate, Photio, Stephano Byz., Etymologo Mg., Suida; at Phrynichus, qui novarum tribuum maxime rationem habuit, eum

¹⁾ §. 17 et §. 22.

²⁾ Ita Meinekius, libri *Θημακοί*.

Ptolemaidi adnumerat. Instituta igitur Ptolemaide Themacenses ex Erechtheide in Ptolemaidem migraverunt.

IV. De demi situ nihil certi constat. Hanriot l. l. p. 69 ex iis, quae apud Andocidem de mysteriis violatis leguntur, hunc demum prope Urbem situm fuisse suspicatur in vicinia Olympiei et theatri Bacchi ad viam Athenis Laurium ducentem. At Surmeles p. 52 Themacum ponit inter Lamprtras et Aegilum s. Aegilium et addit, nunc hunc demum Themeciam vocari et esse inhabitatum.

N. 6.

Κηδοί.

I. Demi nomen *Κηδοί*, quod antea plerumque *Κηδαί* scribebatur, integrum exstat in Inscriptione apud Rossium n. 2. lin. 6, et satis probabili coniectura restitutum est a Rossio n. 1. A. lin. 6. Quum vulgo demoticum *ἐκ Κηδῶν* inveniatur apud Demosthenem c. Euer-gum p. 1140. 5, apud Stephanum Byz. s. v. *Ἀβροτόνον* (reliqui enim veteres scriptores de hoc demo tacent), et in titulis antiquis, falsa illa nominativi forma *Κηδαί* orta est. Vide Ross. p. 4 et notam p. 76. Rangabé, Vol. II. p. 798.

II. Nomen demoticum est *ἐκ Κηδῶν*. Cf. Demosthen. l. l. Stephan. Byz. s. v. *Ἀβροτόνον* ... *δυνατὸν δὲ καὶ ἐξ Ἀβροτόνου γράναι τὸ ἐθνικόν. πολλὰ γὰρ τοιαῦτα, μάλιστα ἐν τοῖς δήμοις τῶν Ἀθηναίων, ὡς ἐξ Οἴου δημότης καὶ ἐκ Κηδῶν, ὡς δειχθήσεται.*

Legitur in Corp. Inscript. n. 275. lin. 16. n. 305. lin. 5 ex Grotefendi coniectura (de demis p. 25.), quam probat Rossius p. 4. not. 3. In Inserr. naval. X. c. 57. f. 40; apud Ross. n. 5. lin. 3. n. 100. Rangabé, Vol. II. p. 860.

III. Demus *Κηδοί* tribui *Erechtheidi* attribuitur apud Ross. n. 5 (aet. X tribb.), n. 2 eiusdem aetatis, ut statuit Ross. p. 17, et n. 1 (aet. XII? tribb.) ex restitutione Rossii p. 4. Corp. Inscript. n. 275 (aet. XIII tribb.).

Ex allatis titulis efficitur, procul dubio quaque tribuum aetate hunc demum locum suum in Erechtheide obtinuisse.

IV. Demus ignoto situ; nam columna sepulchralis apud Rossium n. 100 in posteriore muro ecclesiae, quae est in vico, qui hodie vocatur Lamprikás, olim Lamprae,¹⁾ in regione Hymetti Euronotum versus spectante Rossio ad satis certam de demi situ coniecturam vix sufficere videtur.

N. 7.

Κηφισιά.

I. Demi nomen *Κηφισιά* *ὀξυτόνως* scribendum esse, non *παροξύτόνως*, ut antea edebatur, Arcadius de accentu p. 99, 10 sq. docet.²⁾

¹⁾ Leake p. 52.

²⁾ τὸ δὲ *Κηφισιά* καὶ *Ολισιά* (sic!) καὶ *Λουσιὰ* ὀνόματα δήμων.

Demo ut urbi *Κηφισιά* haud dubie nomen inditum est a flumine Cephiso, cuius in propinquo fontes erant. Secundum fabulam *Cephisus*, antiquus Atticae terrae heros, pater fuit Diogeniae, cuius filiam Praxitheam Erechtheus in matrimonium duxit, ex qua Cecropem procreavit. Apollodor. III. 15. Lycurg. in Leocrat. §. 98. Ut ab Erechtheo prima tribus denominata est, ita huic tribui propter generis necessitudinem adscriptus est demus, qui a Cephiso nomen traxit.

Nomen demi exhibent praeter Arcadium Strabo IX. 20. p. 397 Casaub., Philostratus in Vitis Sophist. lib. II. 1. cap. 12. p. 562 edit. Olear., unde τὸ τοπικὸν *Κηφισιάθεν* apud Alciphron. Lib. 2. Ep. 2, 24, *Κηφισιάσιν* apud Aeschin. c. Timarch. §. 101. Diogen. Laert. Plat. III. cap. 41.

II. Nomen demoticum est *Κηφισιεύς*. Exstat apud Platon. Apol. p. 33 E *Ἀντιφῶν* ὁ *Κηφισιεύς*, qui distinguitur ab Antiphonte Rhamnusio. Demosthen. adv. Conon. p. 1258, 7. in Neaer. p. 1358, 40. Isae. de Philoctemon. hered. §. 3. Lys. adv. Nicomach. §. 10. Harpocrat. et Phot. s. v. *Κηφισιεύς*, Phavorin. s. v. *Κηφισσός*.

In Inserr. naval. X. c. 151. XIV, c. 54; Corp. Inscr. n. 160. 266; in monumentis privatis n. 651. 654. 655. 656, aliisque locis infra laudandis. Apud Meier. n. 62. a. lin. 34. 35.

Forma *Κηφισιεύς* exstat in C. I. n. 116. 181. 200. 263. n. 652. 653. 657; apud Ross. n. 6. A. lin. 16. n. 8. B. lin. 13 et 18. n. 104 et n. 105. Forma *Κηφισιῆς* est apud Ross. n. 2. lin. 5, et *Κηφισῆς*, lingua vulgari, ibidem lin. 7. De his formis consule Rossium p. 34 et p. 77 ad n. 104.

III. Cephisienses adscribuntur *Erechtheidi* ab Harpocrate s. v. *Κηφισιεύς*. Ἰσαῖος ἐν τῷ κατ' Ἐλπαγόρου καὶ Δημοφάνους. δῆμιός ἐστι τῆς Ἐρεχθίδος φυλῆς, ὡς αὐτὸς φησιν. Phot. s. v. *Κηφισιεύς*, δῆμος τῆς Ἐρεχθίδος. Phavorin. s. v. *Κηφισσός*. . . καὶ *Κηφισιεύς*, δῆμος ἐστὶ τῆς Ἐρεχθίδος φυλῆς. Cephisienses in Erechtheide sunt in Boeckhii Inserr. naval. X. c. 151. Corp. Inscr. n. 200. n. 275 (aet. XIII. tribb.). n. 281 (aet. Antonini Pii); apud Rossium n. 2. n. 5 et n. 5. b. ibique Rossii adnotat. p. 24 (omnes hi tituli aetatis 10 tribb. sunt); n. 6 (aet. 12 tribb.); n. 8 B (aet. 13 tribb.). Ex his titulis apparet, Cephisienses in Erechtheide semper mansisse.

IV. Hunc demum cognominem urbi Cecropiae Cephisiae, quam supra pag. 2 commemoravimus, situm fuisse constat ἐν τῷ Πεδίῳ, ad dextram superioris Cephisi cursus, ubi nunc est Kivisiá ad pedem montis Pentelensis. Descriptionem loci lege apud Stuartum T. II, p. 263 (65). Adde p. 215 s. v. *ΚΗΦΙΣΙΑ*. Ibi fuit villa Herodis Attici. Philostrat. l. supra laudato. Gell. N. A. 1, 2, 2; 18, 10, 1. Dodwell I. p. 497. 476. 526 sq. Leak. Dic Demeu' p. 38 eiusque tabul. geograph. Ross. p. 77 (71).

N. 8 et 9.

Λαμπραὶ } καθ' ὑπερθεῖν.
 } ὑπὲρθεῖν s. παράλιοι.

I. Nomina demi et demotarum et *Λαμπραὶ*, *Λαμπροῖς* et *Λαμπραί*, *Λαμπροῖς* scripta inveniuntur. Sed quamvis saepe *Λαμπροῖς* in veterum scriptorum codicibus

exstet, vitiosam tamen esse hanc scripturam dubitari non potest propter inscriptiones, in quibus quum frequentissimum sit hoc nomen, nunquam non *Λαμπρεύς*, *Λαμπραι* scriptum invenitur, praeter unam inscriptionem ap. Boeckhium in C. I. n. 137, v. 6, quae habet *Λαμπρεύς*, manifesto lapidariae errore, et inscriptionem apud Ross n. 11, lin. 27, pag. 38, ubi exstat forma *Λαμπρεύς*.¹⁾ Reliquae sunt C. I. n. 125, 11. 150, A. 13. 190, 34. 196, b. 3. (in Addend. p. 908.) 200, 9. 270, 14. 15. 19. 284, col. d. vers. 18. 290, 5. 293, 6. 353, 9. 14. 670, 3. 671, 3. 672, 3. 673, 3. 674, 3. 675, 3. 676, 3. 703, b. 5. in Addend. p. 917,²⁾ et in Inserr. naval. plurimis locis.

Duplicem fuisse demum Lamptrenses, quorum alteri οἱ καθύπερθε, alteri οἱ ὑπένερθε sive παράλιο dicebantur, quum veterum scriptorum tum inscriptionum auctoritate constat.

Harpocratio s. v. *Λαμπραι*. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Κάλλιππον.³⁾ *Λαμπραι* δῆμος τῆς Ἐρεχθίδος, ὡς Διοδώρος φησι. δύο δὲ εἰσι *Λαμπραι*, αἱ μὲν παράλιοι, αἱ δὲ καθύπερθε. Ἀριστοφάνης *Λαμπραι*· *Λαμπρεύς* ἔγωγε τῶν κατ' αὐτόν. Hesychius s. v. *Λαμπραι* καθύπερθε καὶ *Λαμπραι* ὑπένερθε. δῆμοι *Λαμπροι* (sic!) Ἀθήνησι.⁴⁾ οἱ μὲν παράλιοι, οἱ δὲ καθύπερθε. Photius s. v. *Λαμπραι*· δῆμος Ἐρεχθίδος. Id. s. v. *Λαμπραι* (sic!), δεσσοὶ δῆμοι τῆς Ἐρεχθίδος γνηῆς. Id. s. v. *Λαμπραι*· *Λαμπραι* δῆμος τῆς Ἐρεχθίδος. δύο δὲ εἰσι *Λαμπραι*, αἱ μὲν παράλιοι, αἱ δὲ καθύπερθε. Suidas s. v. *Λαμπραι* δῆμος τῆς Ἐρεχθίδος. δύο δὲ εἰσι *Λαμπραι*, αἱ μὲν παράλιοι, αἱ δὲ καθύπερθε. Phavorinus s. v. *Λαμπραι*, δῆμος τῆς Ἐρεχθίδος. δύο εἰσι *Λαμπραι*, αἱ μὲν παράλιοι, αἱ δὲ καθύπερθε. Accedunt hi tituli, in quibus Lamptrenses distinguuntur in L. καθύπερθε et L. ὑπένερθε sive παράλιοι (πάραλοι): apud Rossium n. 1. n. 2. lin. 3 cum Rossii adnotat. p. 17. n. 3, lin. 8 et 12 cum Rossii adnotat. p. 19.

II. Nomen demoticum est *Λαμπρεύς*. Vide Demosthenis et Aristophanis locos supra laudatos. Isae. de Nicostrat. heredit. §. 9. Boeckh. C. I. plurimis locis. Inserr. naval. I, a. 10. 12. II, 27. IV. f. 25. V, d. 14. X, b. 90. c. 131, 148. e. 29, 57, 67. XIV, a. 4. c. 156. d. 32, 131. XVI, b. 202. Apud Meier. n. 3, n. 24, n. 43, n. 66. I. A. 28. 37. Forma soluta *Λαμπρεύς* exstat apud Ross. n. 5, lin. 4 (de qua et similibus lege Rossium p. 22 et Boeckh. C. I. p. 215. a); n. 3, lin. 8 et lin. 12 forma contracta *Λαμπρεῖς*.

III. Tribus *Erechtheidis* fuisse Lamptrenses testes sunt Harpocratio, Suidas, Photius, Phavorinus et hi tituli: Inserr. naval. X. c. 131 (X tribb. aet.) Ross. n. 5, n. 2 (uterque titulus aet. X tribb. est.), n. 3, n. 1 (aet. 12² tribb.), n. 6 (aet. 12 tribb. primis Hadriani Imper. annis.) Corp. Inscr. n. 200 (aet. 12 tribb.), n. 275 (aet. 13 tribb.). n. 150 cum Boeckhii nota, n. 293. n. 196 b. in Addend. p. 908.

In omnibus his veterum scriptorum locis et titulis Lamptrenses in tribu *Erechtheide* invenimus. Contra ea Lamptrenses adscribuntur tribui *Antigonidi* in inscriptione luculentissima

¹⁾ Scripturam enim *Λαμπρεύς* (Ross. n. 6 A. 1. 19. 21. 22.) ut *Πανβωτάδης* (ibid. lin. 13.) silentio praetereo.

²⁾ Cf. Schoemann. ad Isaeum pag. 273 et G. Dindorf. ad H. Stephani thes. ling. graec. s. v. *Λαμπραι*.

³⁾ p. 1236, 3. p. 1237, 6. adv. Timoth. p. 1188, 14. in Neaer. p. 1360, 45. in Timocrat. §. 134.

⁴⁾ De illo Ἀθήνησι supra dictum est pag. 27. not. 3.

Meieri n. 63. lin. 18. p. 62, qui titulus primus nos edocuit, eo tempore, quo duae novae tribus, Antigonis et Demetrias, decem veteribus tribubus additae sunt, novas hasce tribus reliquis omnibus fuisse antepositas, ita ut Antigonis primum inter omnes locum obtineret. Tum igitur Antigonidi pagum Lamptrensiū adscriptum esse, hic titulus demonstrat, id quod etiam ipsum hucusque ignotum fuerat. Postero tempore, ut ex supra citatis titulis apparet, Lamptrenses tribui Erechtheidi, abrogatis Antigonide et Demetriade, — quo tempore id factum sit, incertum est, — iterum adiecti sunt, qua in tribu deinde, non mutato loco, manserunt.¹⁾

IV. Situm demi cognoscimus ex Strabone IX, p. 398, 21, qui in recensu demorum in *Paralia* inde a Phalerensibus usque ad promontorium Sunium sitorum post Anagyrasios deinde Thorenses, *Lamptrenses*,²⁾ Aegilienses, Anaphlystios et Azenios ponit. Et superiores quidem Lamptrenses a mari remoti habitabant in mediterranea regione, ubi nunc dirutum situm erat eiusdem nominis oppidum *Lamprikas*, *Lambrika* ad pedem Hymetti minoris s. *ἀνύδρου*; ³⁾ inferiores s. *maritimi* Lamptrenses, id quod nomen eorum iam indicat, ad mare habitabant inter Thoras et Aegiliam. Stuartus p. 208 et p. 253 (9) *Lamptras* inferiores in oppido, quod nunc vocatur *ΛΑΙΚΟ Πορτολομπαρδῆ*, — est portus inter Vari et Anaphisto — agnoscit. Vide Leak. de demis p. 52 eiusque tab. geograph. Surmeles p. 52: *καλοῦνται δὲ τὴν ὁ μὲν καθύπερθε Λαμπρικά, ὁ δὲ ὑπένεργον ἢ παράλιος Λομπαρδῆ*. Ostendebatur apud Lamptrenses sepulcrum regis Cranai, ab Amphictyone (teste Pausania I, 31. 3.) huc expulsi. Neque silentio h. l. praetereundum duco, totam illam regionem et rudibus et titulis quasi obsitam esse. Dodwell I, p. 478, 483, 547.

Titulus n. 117 apud Rossium, qui idem est ac Boeckhii C. I. n. 670, ubi leguntur verba: *Δημοκλέης Παραιῶθον Λαμπρέως*, detectus est in columna sepulcrali in ecclesia prope oppidum Lamprikas. Cf. Ross. p. 82. n. 117.

N. 10.

Παμβωτάδαι.

I. Demi nomen *Παμβωτάδαι* ex veteribus scriptoribus praebent: Harpocratio s. v. *Παμβωτάδης*.⁴⁾ *Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Νικόστρατον. Παμβωτάδαι τῆς Ἐρεχθίδος δῆμος*. Demosthenis locus est p. 1250, 20. Stephanus Byz. s. v. *Παμβωτάδαι, δῆμος Ἀττικὸς Ἐρεχθίδος φυλῆς, ὁ δημότης Παμβωτάδης, τὰ τοπικὰ ἐκ Παμβωταδῶν, εἰς Παμβωταδῶν, ἐν Παμβωταδῶν. Ἀριστοφάνης*. Suidas s. v. *Παμβωτάδης. Παμβωτάδαι δῆμος τῆς Ἐρεχθίδος*.⁵⁾ Phavorinus s. v. *Παμβατώδης* (sic!), *τῆς Ἐρεχθίδος δῆμος*. Accedit titulus apud Ross. n. 1, A. lin. 7.

¹⁾ Cf. Bergk. in censura Comment. epigr. Meieri in *Zeitschrift f. d. Alterthumswissenschaft*. 1853. n. 35, p. 275.

²⁾ Inter promontorium Zosterem et Astypalaia. Leake p. 49.

³⁾ Jac. Sponii aetate vocabatur oppidum Palaeo-Lambria. Vide eius *Liste des 174 peuples de l'Attique* sub n. 94. *Λαμπρά καθύπερθε*. Stuartus T. II. p. 217 *ΛΑΜΒΡΙΚΑ* 3 vel 3½ mill. angl. a mari remotum dicit.

⁴⁾ Ita Bekkerus. Libri *Παμβωτάδαι* et *Παμβατώδεις*.

⁵⁾ Ita Bekkerus hunc locum in sua editione exhibet. Diversitatem scripturae vide apud G. Bernhardium.

II. Nomen demoticum est Πάμβωτάδης. Cf. Steph. Byz. s. v. Exstat apud Meier. Comment. epigr. n. 43, lin. 6, n. 66, l. A. lin. 39. Boeckh. C. I. n. 293, lin. 15 cum adnotat. Boeckhii. Bis in monumento sepulchrali apud Rangabeum Vol. II, n. 1596. In Add. ad C. I. n. 196, b, pag. 908, lin. 16 column. dextr. vitiose legitur Πανβοτάδαι; apud Ross. n. 6, A. lin. 13: Πανβοτάδης.

III. Tribui Erechtheidi hunc demum adscribunt Harpocratio, Stephanus Byz., Suidas, Phavorinus; praeterea hi tituli: C. I. n. 196, b, in Add. in recensu prytanum Erechtheidis, apud Ross. n. 1 et n. 6, ex quo titulo apparet, certe post Attalidem institutam et primis Hadriani Imperatoris annis Pambotadas ad Erechtheidem pertinuisse. Quare non dubitavi, Pambotadas in conspectu demorum Erechtheidis pag. 24 in demis Erechtheidis etiam XIII tribuum aetate ponere.

IV. Situs demi ignotus est. Hanriot. p. 231 et Pambotadas et demum Butadarum cum gente sacerdotali Eteobutadarum cohaerere suspicatur; Surmeles p. 93 demum Pambotadas ad pedem montis Parnethis situm fuisse censet, ubi nunc est Pamphi. Equidem ἐπέχω.

N. 11 et 12.

Περγασή { καθ' ὑπερθεῖν.
ὑπ' ἐνερθεῖν.

I. Nomen demi Περγασή ὀξυτόνως scribendum est (non παροξυτόνως, ut antea vulgo edebatur,) ex praecepto Arcadii p. 113, 24 et Stephani Byz. s. v. Περγασή et Ἀγγελή. Cf. Goettling. de accentu graec. p. 149 et 157.

Demi nomen praebet Harpocratio s. v. Περγασήθεν Ἰσαῖος ἐν τῇ κατὰ Θεοτίμουν. Περγασή δῆμος τῆς Ἐρεχθίδος. τὸν μέντοι δημότην διχῶς λέγεσθαι φασι, Περγασέα τε καὶ Περγασήθεν. Stephanus Byz. s. v. Περγασή, ὀξυτόνως, δῆμος τῆς Ἐρεχθίδος φυλῆς. ὁ δημότης Περγασεύς. ἐστὶν οὖν καὶ Περγασήθεν καὶ Περγασήνδε, ἐν τόπῳ δὲ Περγασῇσι. Photius s. v. Περγασήθεν. δῆμος ἡ Περγασή τῆς Ἐρεχθίδος φυλῆς. τὸν μέντοι δημότην διχῶς λέγεσθαι φασι, Περγασέα τε καὶ Περγασήθεν. Suidas s. v. Περγασήθεν, δῆμος ἡ Περγασή τῆς Ἐρεχθίδος. τὸν μέντοι δημότην διχῶς λέγεσθαι φασι, Περγασέα τε καὶ Περγασήθεν. Phavorinus s. v. Περγασή, δῆμος τῆς Ἐρεχθίδος. Id. s. v. Περγασήσιν, ὄνομα δήμων. Ἀριστοφάνης (Equit. v. 321.) Schol. Aristoph. Equit. 321. Περγασήσιν. ὄνομα δήμων. Manuel Moschopoulos περὶ σχεδῶν (Lutet. 1545, p. 136): Περγασή, δῆμος ἐν Ἀθήναις. ἥς τὸν δημότην διχῶς ἔλεγον, Περγασέα καὶ Περγασήθεν. Exstat praeterea demus Περγασή in inscript. apud Ross. n. 1, A. lin. 9 et 10.

Hic demus olim quum fuerit haud dubie unus, insequenti tempore in duos cognomines demos divisus est, qui adiectis adverbis loci καθ' ὑπερθεῖν et ὑπ' ἐνερθεῖν distinguebantur.¹⁾

¹⁾ De eiusmodi demorum divisionibus vide supra p. 9. not. 5.

II. Nomen demoticum duplicis formae fuit, *Περγασεύς* et *Περγασήθεν*. Forma *Περγασεύς* nititur auctoritate Harpocratonis, Suidae, Stephani Byz., Photii, Moschopuli et inscriptionum apud Ross. n. 2, col. 3, lin. 9 et 10. Corp. Inscr. n. 293, ubi pro *ΠΕΡΕΑΣΣΥ* cum Rossio de demis p. 130 legendum est *ΠΕΡΤΑΣΕΥΣ*. Forma *Περγασήθεν* est apud eundem Harpocratonem, Stephanum Byz., Suidam, Photium, Moschopulum. In Inscr. naval. demoticum *Περγασήθεν* exstat XIV, a. 15, 35, 60, 142, 161. Corp. Inscr. n. 281, II, A, lin. 4, n. 141, A, lin. 33 et 47; apud Ross. n. 17, n. 151, b.

III. Duplex demus Pergase adscribitur *Erechtheidi* ab Harpocrate, Photio, Suida, Stephano, Phavorino; tum in inscriptt. apud Ross. n. 2 (aet. 10 tribb.), n. 1 (aet. 12? tribb.) et apud Boeckhium C. I. n. 281 (aet. Antonini Pii Imperat.). Itaque hic demus omni tempore tribui *Erechtheidi* adscriptus fuisse videtur.

IV. De situ demi nihil certi constat. C. F. Hermannus in indice demorum Atticae per tribus dispositorum ¹⁾ hunc demum in Acte ponit et Rossius p. 90 ex Aristoph. Eq. 321 eum haud procul ab Urbe situm fuisse recte suspicatur. Idem censet Hanriot p. 78 et Surmeles p. 106, cuius explanationem loci Aristophanis lege.

N. 13.

Συβρίδαι.

I. Demi nomen *Συβρίδαι* fuisse haec veterum scriptorum testimonia declarant: Stephanus Byz. s. v. *Συβρίδαι*, *δῆμος τῆς Ἐρεχθίδος φυλῆς . ὁ δῆμότης Συβρίδης . τὰ τοπικὰ ἐκ Συβριδῶν, ἐν Συβριδῶν.* Hesychius s. v. *Συβριασμός*, *ὁ ἐν εὐωχίᾳ θόρυβος. Ἐρεχθίδος φυλῆς.* Idem repetit Phavorinus s. v. *Συβριασμός*, sed ante *Ἐρεχθίδος* addit *τῆς*. Manifestum est, excidisse Sybridas nostros et cum Meursio legendum esse *Συβρίδαι*, *δῆμος τῆς Ἐρεχθίδος φυλῆς*. Vide Interpret. ad h. l. Photius s. v. *Συβρίται* (sic!), *δῆμος Ἐρεχθίδος*. Invenitur praeterea demi nomen in inscriptione apud Ross. n. 1, A, lin. 11.

II. Nomen demoticum *Συβρίδης* legitur apud Stephanum Byz. l. l., in Boeckhii C. I. T. I, n. 281, II, A, lin. 2, n. 293, lin. 2, n. 306, III, 2. Inscr. naval. XIII, a. 67, 132, XIV, c. 202. Meier. Commentt. epigr. n. 18, lin. 6, n. 66, I. B. lin. 7. Ross. n. 8, B. l. 16. n. 167, p. 96. Rangabé, Vol. II. n. 1626.

III. Hunc demum *Erechtheidis* fuisse testantur Stephanus Byz., Hesychius, Photius. Accedunt hi tituli: Ross. n. 1, A. l. 11, n. 8, B. lin. 16 (aet. Hadrian.). Boeckh. C. I. T. I, n. 281, II. A. lin. 2 (aet. Antonini Pii Imp.). Ex quibus titulis efficitur, etiam instituta Hadrianide Sybridas in *Erechtheide* fuisse.

IV. De situ demi nihil constat. Rossius n. (136), p. 96 haec scribit: Plinius l. 37, cap. 8, n. 35 erzählt von einem dem Topas ähnlichen Edelsteine, daß er auch in Syvero (Cod. Bamberg. sivero) Atticae flumine sich finde. Hängt der Name dieses unbekannten Flusses mit

¹⁾ 'Griech. Staatsalterthümer'. Edit. 4ta. p. 577.

dem Namen Sybridae zusammen? — Rossii coniecturam secutus Harriot p. 217 sq. hunc demum inter Amphitropen (Metropisi) et Thoricon (Thérico) situm fuisse suspicatur, ubi est locus, qui etiam nunc *Petrakia* (petites pierres) vocatur. De smaragdis in argentariis metallis *Thorici* repertis vide Plinium H. n. 37, cap. 5, segm. 17 et 18. Contra ea Surmeles p. 27 demum Sybridas prope Thriam ad montem Aegaleum ponit eundemque esse censet ac demum, cui nunc est nomen *Σαβριδάκια*. Equidem nihil decernere ausim.

N. 14.

Φηγούσις.

I. Demi nomen *Φηγούσις* ortum videtur ex ubere quercuum esculorum (*φηγός*) in ea regione proventu, de qua re supra dixi p. 6. Commemorant hunc demum Harpocratio s. v. *Φηγούσιον*. *Αντίς ἐν τῇ περὶ τοῦ Βατρύχου γόρῳ*. *Φηγούς, δῆμος τῆς Ἐρεχθίδος*. Stephanus Byz. s. v. *Φηγούς, δῆμος Ἐρεχθίδος φυλῆς. ὁ δημότης Φηγούσιος. τὰ τοπικὰ Φηγουντόθεν Φηγούνταδε Φηγούντι*. Ab eodem hic demus omisso tribus nomine commemoratur s. v. *Ἀγνούς, Συκαί, Σχοινοῦς*. Etymol. Mg. s. v. *Φηγούς, δῆμος τῆς Ἐρεχθίδος*. Idem praebent Photius et Suidas s. v. *Φηγούς*. Suidas et Phavorinus s. v. *Φηγούσιον*. Harpocratio verba repetunt omissis verbis *Φ. δ. τ. Ἐ*. Praeterea demi nomen invenitur in inscriptione apud Rossium n. 1, A. lin. 12 in numero demorum *Erechtheidis*.

II. Nomen demoticum fuit *Φηγούσιος*. Exstat apud Andocidem de Myster. §. 65. *Ἀλκιβιάδης Φηγούσιος*. Cf. Harpocratio s. v. *Ἀλκιβιάδης*. Stephan. Byz., Phot., Suid. locis supra allatis. Occurrunt Phegusii apud Rossium n. 5, lin. 20. In Corp. Inscr. n. 275, col. 1, lin. 14 legitur *Φηγ* (in tribu *Erechtheide*), qua demi nota significatur *Φηγούσιος* in *Erechtheide*, at in *Hadrianide* col. II, lin. 8 *Φηγ* significat *Φηγάιεύς*, id quod indicatum est linea praecedente demi nota *Φηγαι*.

III. Demus Phegus et Phegusii adnumerantur *Erechtheidi* ab Harpocratio, Stephano Byz., Photio, Suida, Etymol. Mg. Sunt in *Erechtheide* apud Ross. n. 5 (aet. 10 tribb.), n. 1 (aet. 12? tribb.), in C. I. n. 275 (aet. 13 tribb.). Ex quo Phegusios nunquam sedem suam mutasse efficitur.

IV. De situ demi nihil constat, nisi forte hic demus apud Stephanum Byz. latet s. v. *Ἀλαί*), quam opinionem haud dubie secutus est Papeus in Lex. nom. prop. graec. s. v. *Φηγούς*, ubi demum Pheguntem prope Marathonem situm fuisse scribit. Idem iudicare videtur Surmeles p. 74.

N. 15.

X . . .

Quum in Boeckhii Corp. Inscr. T. I, n. 281 (aet. Antonini Pii Imperat.) sub tribu *Erechtheide* II. A. lin. 5 sola littera initialis X nominis demotae *Erechtheidis* relicta sit, de

1) . . . ἐστὶ δὲ ὁ δῆμος τῆς Ἀρακηνίδος μεταξὺ Φηγέως τοῦ πρὸς Μαγαθῶνι καὶ Βραυκῶνι. Cf. Meinekii nota. Leake die Demen' p. 58 eiusque tabul. geograph.

substituendo autem nomine *Χολαργεῖς* aut *Χολλεῖδαι*, qui duo demi a littera *X* incipientes ex toto notorum demorum Atticae numero soli restant, ne cogitari quidem possit, quum illi *Acamantidis*, hi *Leontidis* aut *Aegeidis* fuerint, Boeckhii cum Corsino F. A. T. I, p. 247, n. 163 restituit *X[ιτόνιος]* vel potius *X[ιτώνιος]*; contra ea Grotefendus de demis p. 37 legendum censuit *X[αστιεῖς]*. Duo enim adhuc exstant praeter *Χολαργεῖς* et *Χολλεῖδας* demorum Atticae nomina, quae a littera *X* incipiunt, quorum alterum est *Χιτώνη*, alterum *Χαστιεῖς*.

Prius illud demi Attici nomen, *Χιτώνη*, auctoritate nititur *Scholiastae Callimach.* H. in Jov. 77 ad verba *ἐπακτῆρας δὲ Χιτώνης Ἀρτέμιδος*, ubi haec leguntur: *Νηλεὺς ὁ Κόδρου, ἀποικίαν θέμενος ἀπὸ Ἀθηνῶν, ἔλαβε χρησμὸν ἐγείραι ξόανον τῇ Ἀρτέμιδι ἀπὸ παγκάρπων ξύλων. καὶ δὴ ποτε ἐορτῆς τελουμένης τῇ Ἀρτέμιδι ἐν τῇ Χιτώνῃ, (ἔστι δὲ δῆμος Ἀττικῆς,) ἀπελθὼν εἶρε δρῦν πάμπολυν καὶ διάφορον ἔχουσιν ἡρτημένον καρπὸν· καὶ ἐκ τούτου ἐποίησεν ἄγαλμα τῇ θεῇ, καὶ οὕτω μετέθηκεν ἐν Μιλήτῳ. ἀπὸ τοῦ δήμου οὖν ἔσχε τὴν ὀνομασίαν ἡ Ἀρτεμις. ἢ ὅτι τιττομένων τῶν βρεφῶν ἀντίθεσαν τὰ ἱμάτια τῇ Ἀρτέμιδι.¹⁾ Demum *Χιτώνην* Hanriot p. 224 situm fuisse coniicit ad montem Pentelensem in vicinia Halarum Araphenidum. Contra ea Broendsted l. I. p. 261 sq. not. 7, auctoritati *Scholiastae Callimachi* nihil tribuendum statuens, demum Atticae Chitonen omnino fuisse negat.*

Alterum demi nomen, *Χαστιεῖς*, ab Hesychii et Phavorini auctoritate pendet. Et Hesychius quidem s. v. *Χαστιᾶ*. τὸν ἀπὸ δήμου. *Χαστιεῖς γὰρ δῆμος*. Idem s. v. *Χαστιεῖς*, ὄνομα δήμου. Consentit Phavorinus s. v. *Χαστιᾶ*. Atticaene demus fuerint *Χαστιεῖς*, non addunt Hesychius et Phavorinus, sed in oppido ad montem Parnethem sito, in via ab Urbe Phylen ducente, qui nunc vocatur Khassia (*Χασσιᾶ*), demus τῶν *Χαστιῶν* fortasse recte agnoscitur. Cf. Leak. de demis p. 128. Stuart. T. II, p. 224, 275* not. (126) et Surmeles l. I. p. 88.

Quae quum ita sint, equidem in hac re nihil decernere ausim. Illud certum est, tredecim tribuum aetate demum illum a littera *X* incipientem, quisquis ille fuerit, tribus *Erechtheidis* fuisse.

¹⁾ De Dianae Chitoniae nomine et cultu optime et copiose disseruit Broendsted *Reisen und Untersuchungen in Griechenland* u. s. w. Paris. Didot. Buch II. 1830. pag. 252—263. Spanheim. ad Callimach. H. in Jov. 77. in Dian. 225. Stephanus Byz. s. v. *Χιτώνη*. De nominis forma cf. Stephan. Byz. s. v. *Ἐρμιῶν* et *Κρήτη*. Nomen Chitone praeterea exstat in Gruteri Inscr. Lat. T. I. p. 40. n. 11: Virgini Chitone (ae) sacrum.

